N*E vacarent aliquot pagellæ, addimus hîc, in vicem coronidis, nuperrimum S. D N.D. INNOCENTII Papæ X. Decretum, quod ſic habet.*

Feria v. Die 23. Aprilis 1654.

In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & Vniversalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D.N. D. Innocentio Divina providentia Papa X. ac Eminentiss. & Reverendiss. DD. S.Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in Vniversa Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SAnctissimus D. N. Innocentius Papa X. post condemnatam sua Constitutione edita Pridie Kalen. Iunii anni Incarnationis Dominicæ 1653. in Quinque Propositionibus Augustini Cornelii Iansenii Episcopi Ipren. Doctrinam, Ne occasione Doctrinæ prædictæ in mentes Christi fidelium aliquod dubium, vel error irrepat, eundem Augustinum Cornelii Iansenii, &c. iteratò, unà cum aliis infrascriptis libris, prohibet & damnat, eosq; pro damnatis & prohibitis haberi voluit, sub pœnis & censuris in Indice Librorum prohibitorum contentis, aliisq; arbitrio Sanctitatis suæ infligen.

Nemo igitur cujuscumque gradus & conditionis existat, etiam speciali seu specialissima nota dignus, libros infrascriptos, aut aliquem ex illis apud se retinere, legere, imprimere, vel imprimi curare audeat; sed statim à præsentis Decreti notitia quicumque illos habuerit, locorum Ordinariis, seu Inquisitoribus, consignare teneatur, sub pœnis & Censuris prædictis.

Elenchus Librorum.

COrnelii Jansenii Episcopi Ipren. Augustinus, Lovanii, Parisiis, Rothomagi, sive quocumque alio in loco, seu idiomate impressus.

Ejusdem Parallelus errorum Massiliensium, & quorundam Recentiorum.

Cornelii

Cornelii Jansenii, &c. Laudatio funeralis, dicta à F. Joanne à Lapide. Lovanii, Typis Bernardini Marii.

Humilis & supplex Querimonia Jacobi Zegers adversus Libellum R. P. S. T. Regiæ Capellæ Bruxellis concionat. & Theses PP. Societatis apud Jacobum Zegers 1. 2. 3. seu alterius editionis.

Augustini Hipponen. & Augustini Ipren. de Deo omnes salvare volente Homologia, &c. Lovanii apud Jacobum Zegers.

Epistola Liberti Fromundi, & Henrici Caleni. Lovanii 16. Junii 1641. &c. quæ incipit: Theses vestras.

Somnium Hyponense, sive de Controversiis, &c. Relatore Philetimo S. T. Baccalaureo formato. Parisiis anno 1641.

Liberti Fromundi S. T. Doctoris Brevis Anatomia Hominis. Lovanii apud Jacobum Zegers anno 1641.

Conventus Africanus, sive disceptatio Judicialis apud Tribunal Præsulis Augustini, &c. enarratore Artemidoro Enirocritico. à Rouen, chez Nicolas de la Montagne anno 1641.

Memorial au Roy, quod incipit Jean Jansenius Champine, &c. & finit contra illa duo Decreta Summorum Pontificum.

Attestatio Notarialis, quæ incipit: Ego infrascriptus, & finit: Petrus Mentaert Notarius.

Approbatio sub nomine nonnullorum Theologorum ex variis Religionibus tam Ordinum Monachalium, quàm Mendicantium; Necnon Archiepiscopi Philippensis, aliorúmve Theologorum, Clericorum sæcularium Doctrinæ Cornelii Jansenii in d. libro Augustinus contentæ, quæ incipit: Quid sentiendum sit de Doctrina in opere Reverendissimi D. Cornelii Jansenii Episcopi Ipren. fel. mem. nuncupat. Augustinus. & finit: & me publico, & Apostolico, & dictæ Universitatis Notario, & Scriba jurato. Quod attestor Petrus Mentaert Notarius.

Crisippus de Libero arbitrio. Lovanii 1644.

Memorialia per Deputatos Academiæ Lovaniensis

 exhibita

exhibita Romæ Summis Pontificibus Urbano VIII. & Innocentio X. Pro Doctrina B. Augustini manutenenda, &c. anno 1644.

Novus Prosper contra Novum Collatorem. Lovanii 1647.

Collatio Antverpien. ad Petrum Aurelium. Lovanii 1647.

Vincentii Lenis Theriaca adversus Petavium & Ricardum de Libero arbitrio. Lutetiæ Parisiorum 1648.

Ejusdem Epistola Prodroma. Lovanii 1649.

Apologie de Monsieur Jansenius Evesque d'Ipre, & de la Doctrine de S. Augustin, expliquée dans son livre intitulé Augustinus, &c. 1644.

Seconde Apologie pour Monsieur Jansenius Evesque d'Ipre, & pour la Doctrine de S. Augustin expliquée dans son livre intitulé Augustinus 1645.

Examen libelli, cui titulus est: Propositiones excerptæ ex Augustino Reverendissimi D. Cornelii Jansenii Episcopi Ipren. quæ in Specimen exhibentur Suæ Sanctitati. Lovanii 1646.

Response à un Escrit qui a pour tiltre, Advis donné en Amy à un certain Ecclesiastique de Louvain, au sujet de la Bulle du Pape Urbain VIII. qui condamne le livre portant le tiltre, Augustinus Cornelii Jansenii.

Planctus Augustinianæ Veritatis in Belgio Patientis. Lovanii 1649.

Joannis Martinez de Ripalda è Societate Nominis JESU Vulpes capta, Per Theologos S. Facultatis Academiæ Lovanien. Anno 1649.

Considerations sur la Lettre composée par M. l'Evesque de Vabre, pour estre envoyée au Pape en son nom & de quelques autres Prelats, &c. 1651.

De la Grace Victorieuse de JESUS-CHRIST, ou Molina & ses Disciples convaincus de l'erreur des Pelagiens & des Semi-pelagiens. à Paris 1651.

Utrum sit damnandus Jansenii Augustinus. Incipit: Nullo Jure. Finit: Non potest damnari Jansenius nisi

ridente

ridente Pelagio, plorante Augustino. Humilis Romanus, &c.

Rationes ob quas Illustrissimus & Reverendissimus D. Archiepiscopus Mechlinien. à promulgatione Bullæ, qua proscribitur liber, cui titulus: Cornelii Jansenii Episcopi Ipren. Augustinus 1649. quocumque Idiomate impress.

Raisons pour lesquelles on a trouvé convenir de publier au Diocese de Gand avec la solemnité accoustumée, certaine Bulle contre le livre du defunt Evesque d'Ipre Jansenius, representées par Monseigneur le Reverendissime Evesque de Gand 1649.

Defensio Belgarum contra Evocationes Causarum, & Peregrina Judicia 1. 2. seu alterius editionis.

Jus Belgarum circa Bullarum Pontificiarum Receptiones, 1. 2. seu alterius editionis.

Catechismus de Gratia quocumque Idiomate sit editus.

Synopsis veræ Catholicæque Doctrinæ de Gratia, & annexis Quæstionibus ad Catechismum de Gratia, Auctore Samuele Maresio. Groningæ 1651.

Distinction Abregée des Cinq Propositions qui regardent la matiere de la Grace, laquelle a esté presentée en Latin à Sa Saincteté par les Theologiens qui sont à Rome pour la deffense de la Doctrine de S. Augustin, où l'on voit clairement en trois colomnes les divers sens que ces Propositions peuvent recevoir, & les sentimens des Calvinistes & des Lutheriens, des Pelagiens & des Molinistes, de Saint Augustin & de ses Disciples 1653. sive libellus, cui titulus:

Brevissima quinque Propositionum in varios sensus distinctio, apertaque de iis tum Calvinistarum tum Lutheranorum, tum Pelagianorum & Molinistarum, tum S. Augustini ejusque Discipulorum sententia. Sive typis, sive scripto extet.

Philosophia Moralis Christiana Auctore Joanne Camerario Presbytero. Andegavi 1652.

Theologie familiere ou Instruction de ce que le

Chreſtien doit croire & faire en ceſte vie pour eſtre ſauvé, Auctore Jean du Vergier Abbé de S. Cyran. cujuſcumque editionis illa ſit.

Lettre de Jean de Labadie à ſes Amis, &c. A Montauban, 1651.

Priere pour demander à Dieu la grace d'une veritable & parfaite converſion.

Juſta damnatio quinque Propoſitionum Janſenii ſtudium, Marci Ferri. Venetiis 1653.

Reſponſe à un Sermon prononcé par le P. Briſacier Jeſuite à Blois, le 29. Mars 1651.

Lucerna Auguſtiniana, qua breviter & dilucidè declaratur Concordia & Diſcordia, quâ duo nuper ex DD. Doctores S. Th. Duacen. conveniunt aut recedunt à cæteris hodie Sancti Auguſtini Diſcipulis. ſine nomine Auctoris, & loco Impreſſionis.

Emunctorium Lucernæ Auguſtinianæ, quo Fuligines à quibuſdam aſperſæ emunguntur.

Lettre Paſtorale de Monſieur l'Archeveſque de Sens pour la publication de la Conſtitution de Noſtre Saint Pere le Pape, donnée à Rome le trente-unieſme May dernier, &c. Imprimée par le commandement de Mondit Seigneur.

Ordonnance de Monſeigneur l'Eveſque de Cominges ſur la publication qu'il a faite dans le Synode Diocesain de Cominges le 9. d'Octobre 1653. de la Conſtitution de Noſtre Saint Pere le Pape Innocent X. portant Cenſure des cinq Propoſitions touchant la Grace & le Franc-arbitre.

Samuelis Mareſii Apologia Noviſſima pro S. Auguſtino, Janſenio & Janſeniſtis contra Pontificem & Jeſuitas. Groningæ anno 1654.

Les Enluminures du Fameux Almanach des PP. Jeſuites, intitulé La Deroute & la Confuſion des Janſeniſtes.

Memoire ſur le deſſein qu'ont les Jeſuites de faire retomber la Cenſure des cinq Propoſitions ſur la veritable doctrine de S. Auguſtin ſous le nom de Janſenius.

ſine

ſine nomine Auctoris, loco impreſſionis.

Reſponſe au P. Annat Provincial des Jeſuites, touchant les cinq Propoſitions attribuées à M. l'Eveſque d'Ipre, diviſée en deux Parties, ſine nomine Auctoris, & loco impreſſionis, 1654.

Item omnes, & quicumque libri, libelli, Epiſtolæ, tam impreſsi, quàm manuſcript. ſeu impoſterum edend. & publicand. in quibus Doctrina Auguſtini Cornelii Janſenii Epiſcopi Ipren. in prædictis quinque Propoſitionibus damnata approbatur, aut aſſeritur, quocumque Idiomate ſcripti, ſive editi ſint.

Cæterùm cùm tam Romæ, quàm alibi circumferantur quædam aſſerta Acta manuſcripta, & forſan Typis excuſa, Congregationum habitarum coram ſal. record. Clement VIII ac Paulo V. ſuper quæſtione de Auxiliis Divinæ Gratiæ, tam ſub nomine Franciſci Pegnæ olim Rotæ Romanæ Decani, quàm Fratris Thomæ de Lemos Ordinis Prædicatorum, aliorumq; Prælatorum & Theologorum, qui, ut aſſeritur, prædictis interfuerunt Congregationibus. Necnon quoddam Auctographum ſive exemplar cujuſdam aſſertæ Conſtitutionis ejuſdem Pauli V. ſuper definitione prædictæ Quæſtionis de Auxiliis, ac damnationis ſententiæ, ſeu ſententiarum Ludovici Molinæ Societatis IESV, eadem Sanctitas Sua præſenti hoc decreto declarat, ac decernit prædictis aſſertis Actis, tam pro ſententia Fratrum Ordinis S. Dominici, quàm Ludovici Molinæ, aliorumq; Societatis IESV Religioſorum & Auctographo, ſive exemplari prædictæ aſſertæ Conſtitutionis Pauli V. nullam omninò eſſe fidem adhibendam, neque ab alterutra parte, ſeu à quocumque alio allegari poſſe, vel debere, ſed ſuper quæſtione prædicta, obſervanda eſſe decreta Pauli V. & Vrbani VIII. ſuorum prædeceſſorum.

Joan. Antonius Thomaſius, S. Romanæ & Univerſalis Inquiſitionis Not.

Anno

DECRETVM PONTIFICIVM.

Anno â Nativitate D. N. JESU CHRISTI millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto Indictione septima, die verò vigesima septima Aprilis, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. INNOCENTII Divina providentia Papæ X. anno ejus decimo, supradictæ litteræ Apostolicæ, sive decretum affixum & publicatum fuit ad valvas Basilicæ S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe & Cancellariæ Apostolicæ, atque in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Hieronymum Mascellam, ejusdem S. D. N. Papæ, & S. Romanæ Inquisitionis Curs.

Concordat cum originali copiâ typis data Romæ, ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ, M. DC. LIV.

GERARDUS DOUFFET, Apostolicâ & Serenissimæ Suæ Celsitudinis Leodiensis authoritatibus Immatriculatus Notarius.

APPROBATIO ORDINARII.

HOc *Sanctissimi Domini Nostri Innocentii X. Papæ Decretum, quo damnat ac prohibet Augustinum Cornelii Iansenii, unà cum aliis Libris in Elencho hic adjuncto expressis, juxta exemplar Romæ impressum typis mandari potest. Leodii, 28. Maii, 1654.*

LAVRENTIVS DE MEAN,
Cooperator Vicariatus.

INDI-

INDICULUS IN APOLOGIAM.

IV. PRO-

IV. PROPOSITIO.

V. PROPOSITIO.

APPENDIX.

PARS PRIOR.

PARS POSTERIOR.

III. *Au-*

FINIS.

ERRATA.

pagina	*linea*	*erratum*	*correctio*
12	7	profectum	protectum
69	10	falsum	falsam
90	12	uvæ	vitæ
106	6	istis	istos
136	13	ex	&

APPRO-

APPROBATIO.

HÆc *Apologia pro veritate Constitutionis S.D.N.D. INNOCENTII Papæ* X. à R. P. Ludovico de Marche Societatis IESV conscripta, breviter, dilucidè, eruditè, ac eleganter confutat novissimas Obtrectatorum, adversus eandem Apostolicam Constitutionem, calumnias; nec quidquam Orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus contrarium continet: ac proinde ad publicam rei Christianæ utilitatem; illam typis mandandam censeo. Datum Leodii, hac 8. Iulii 1654.

LAURENTIVS DE MEAN,
Assistens & Cooperator Vicariatus.

FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS.

EGo infrascriptus Societatis IESV per Gallo-Belgium Provincialis, juxta Privilegium eidem Societati concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab ejusdem Societatis hominibus compositos, absque Superiorum permissione imprimant; facultatem do IOANNI MATHIÆ HOVIO Typographo Leodiensi, ut librum, cui titulus est: *Apologia pro veritate Constitutionis S. D. N. D. INNOCENTII Papæ X. adversus novissimas Obtrectatorum calumnias,* &c. à P. Ludovico de Marche ejusdem Societatis compositum imprimat; & ad sex Annos proximos liberè distrahat. Datum Leodii 22. Iunii 1654.

PETRVS PENNEQVIN.

ELENCHVS CONTENTO-
rum in hoc libro.

BEATISSIMO PATRI S. D. N.

PAVLO III. SANCTAE ROMANAE ET vniuersalis Ecclesiæ Pont. Opt. Max. Sacri quoq; collegij Reuerendiss. patribus se. ap. Cardinalibus, Episcopis, presbyteris, & diaconis Dei gratiam ac felicitatem, de hostibus Ecclesiæ triumphum optat.

BEATISSIME PATER, SVMME

Iohan. 14 Præsul, ac patres amplissimi, D. noster Iesus Christus, qui est via, veritas, & vita, promisit ædificaturum Ecclesiam suam super petram, [illegible] ubi & vnitatem Ecclesiæ definiuit:

Matth. 16 licet enim per vniuersum orbem plures fuerint ecclesiæ, hę tamen nisi vnitatem [illegible] in Ecclesia Romana, non sunt firmę & stabiles: imo [illegible] sunt Ecclesię. Vna enim est

Cant. 1 colũba mea, perfecta mea, [illegible] est matri suæ: idcirco Saluator noster ait, ædificabo ecc[illegible] [illegible] dixit, eccle-

Vnit. ecclesiæ. [illegible] int ecclesias, [illegible] n ecclesia Dei: sicut B.

Greg. [illegible] tres esse sedes Romanã. [illegible] sed vnam tantum cathe-

[illegible] lligatur. Id quod Optatus

Optatus. [illegible] lib. II. contra Parmenianũ. (cu[illegible] s meminit libro I. contra Par-

August. meni[illegible] a vna est, & negare nõ potes, sci- re te[illegible] Cathedram esse collocatã: in qua sede[illegible] m caput [illegible] rus: in quo vno, cathed[illegible] s ab omnibus seruaretur, ne ceteri Apostoli sin[illegible] s sibi quisq; defenderet, vt iã schismaticus esset, qui contra vnam cathedram, alterã sibi collocaret, & infra. Angelus qui datur ecclesiæ, ei non coniungitur, cui se cathedra Petri non coniungit: Et concors & vnanimis est illa omnium sanctorum sententia, S. Cypriano martyre dicente. Exordium ab vnitate proficiscitur, vt ecclesia vna monstretur. Hanc ecclesiæ vnitatem, qui non tenet, Dei le-

Cyprian. gem non tenet, non tenet patris & filij fidem, verbum non tenet salutis: Omitto, quod Athanasius idcirco Romanã

ecclesiam

ecclesiam, matrem & caput dixit omnium Ecclesiarum, apostolicam dicit sedem & summam, in summitatis arce constitutam, cui Deus præceperit curam habere omnium ecclesiarum, Leo, Ireneus, Ambrosius, & alij multi tam multa in eandem sententiam scripserunt. Athanas.

Et nedum vnitatem ecclesię, sed etiam firmitatem Saluator noster testatur, cum ait: Et super hanc petram firmã s. & stabilem ędificabo ecclesiam meam, non super arenam vbi descẽdit pluuia, flauerunt venti, & irruerunt in domũ, & cecidit: nã alię ecclesię non sunt ędificatę super petram, nisi per Romanã, vt diserte inquit Pelagius Papa diui Augustini authoritate. Etenim cũ sicut dicimus ecclesia vna sit, nullam aliam esse constat: nisi quæ in apostolica radice est fundata, à quibus ipsam fidem vniuerso orbe propagatam esse, non potest dubitari. Et expressius est quod B. Gregorius inquit ad Eulogium Alexandrinum. Quis nesciat sanctam ecclesiam, in apostolorum principis solidita te firmatam, qui firmitatem mentis traxit à nomine, vt Petrus à petra vocaretur. Hinc florentissimus Episcopus Ambrosius ren... aduocauit ad se Cyprianus Episcopum Satyrum, percunctatusque est ex eodem: Vtrum nam de Catholicis Episcopis esset, hoc est, si cum Romana ecclesia conueniret? Subdit contra Luciferianos, etsi fidem erga DEVM tenerent, tamen fidem erga Ecclesiam Dei non tenebant: cuius patiebantur, velut quosdam artus diui di & membra lacerari: Nam ob eandem Ambro. causam Nouatianos damnat schismaticos dicens: Non habent Petri hæreditatem, qui Petri fidem non habent: quam impia diuisione discerpunt. Firmitas ecclesiæ. Matth. 7. Pelagius August. Gregor. Cypria. l Ambr. 24 q. 1. aduocauit. Lib. 1. de pœnitẽtia

At quorsum hæc Beatissime Papa ac ãplissimi patres, quæ omnibus veris catholicis sunt obuia & notissima? vt ostenderẽ, quam iniqui & impij sunt desertores fidei & ecclesiæ, ex nostris perduelles qui omnia superiora carbone notant, nã Luddercyrbes & ilias malorũ, id quod omnes hæretici fecere, caput ecclesię summum Pontificem & Romanam inuasit ecclesiam: cum tamen omnes hæretici experti fuerint adeo curæ esse Deo ecclesiã suam, vt priuilegium ecclesiæ Romanæ inexpugnabile, semper tutatus sit contra inobedientes Imp. Reges, Episcopos, Vualden. Pi

ghardos, Armenios. Græcos & alios rebelles : authoritate enim Christi fulcitur priuilegiū istud, ait Papa Nicolaus, quem Platina vnicum dicit in omnium genere virtutū exemplum. Quod etsi semper hactenus Zuingliani & Ludderani conati sint: nunquā tamē ita aperte vlcus schismatis aperuerunt, vt in proximis his comiciis Ratisponę, vbi toti Germaniæ discessionem à se. ... suadere nitebantur: Hoc est, mundum quam totius destruendum, & Antichristum accelerandū: stante enim Roma non veniet filius ille perditionis, vt Lactantius scribit li. 7. Institutionū diuinarum. Etiam res ipsa declarat ruinam breui futuram, nisi quod incolumi vrbe Roma, nihil istius videtur metuēdū: At vero cum caput illud orbis ceciderit, ... esse cœperit, quod Sybillæ fore aiunt, quis dubitet ve... ... iam finem rebus humanis, orbique terrarum. Ista est ciuitas quæ adhuc sustentat omnia, precandusque est nobis Deus ... & adorandus est, ne citius quam putemus, abominandus veniat: qui tantum facinus moliatur, ac lumen illud effodiat, cuius interitu mundus ipse lapsurus est.

Nicolaus Papa. Luddcrani totam Germaniā vellēt schismaticam. Roma stabilis. Lactant.

Tempestates huiusmodi passuram ecclesiam, in figura ostensum est Petro in mari periclitanti, & Christi verba ad Petrum post promissam ædificationem Ecclesiæ, etiam si non exprimant: tamen euidenter perturbationes ecclesiæ affuturas indicant, dum ait: Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Nam satis erat testari, portæ non præualebunt, vt bellum portas moturas aduersus ecclesiam significaret: Portas autem inferorū esse hæreticos certissimum est, vt ... & erudite Hieronymus, Cyrillus & Theophylactus explicant: cum tot millia hominum per hæreses ad inferos descendant: quàm multos retulit hæreticos Philaster Brixien. plures memorat Augustinus: Maiori numero cōplexus est eos Isidorus Hispalensis, & nostris tēporibus accuratissime Lucelburgius & Alphonsus de Castro omnes sectas descripserunt. At omniū quotquot meminerunt, victrix fuit ecclesia, non præualuerunt Ebionitæ, arriani, Nestoriani, Donatistæ, & reliqua cohors. Ecclesia vero apostolica perseuerat inuicta & triumphauit, etiam de hæreticis nostris victoriam indubie habitura: quia portæ inferi nō prę ualebunt aduersus eā petrā.

Matth. 8 Matth. 16 Hierony. Cyrillus. August. Zamorēsis.

Quod si omnes in Christo baptizati, & qui Christum induerunt, serio expenderent, vitam in petra ecclesiæ solidarent, non paterētur se à schismaticis seduci: velut B. Gregorius Theodelindam Reginam Longobardorum instruxit. De beati Petri apostolorum principis ecclesia ait nullum scrupulum dubietatis habeatis: Sed in vera fide persistite, & vitam vestram in petram ecclesię, hoc est, in confessione beati Petri apostolorum principis solidate. Gregori'

Et profectò iuste in memoriam sanctæ mulieris Theodelindæ incidi, tantopere ab Illustribus viris laudatę: nam ipsa Garibaldi Baioariæ regis filia fuit, soror Thassilonis senioris: Et ob vitæ sanctimoniam B. Gregorius ei libros Dialogorū direxit, vt Paulus diaconus de gestis Lōgobardorum testatur: Nam virum Agilulfum vt pacem faceret in Italia induxit; & Christianum fecit: vt multas possessiones ecclesiis largiretur, & episcopos ad pristinæ dignitatis honorem restitueret, & Christianis omnibus clementiam, pacem, & defensionem exhiberet. Theodelinda Bauara. Paulus diaco.

Hanc virginem deuotissimam Bauaram, excellentissimi principes Bauariæ etiamnum deuotione sua in ap. se. imitantur: Nam etsi plures alij in Germania inueniantur Principes Catholici, vt Moguntinus Cardinalis, Treueren. Brunsuicen. Lotaringus, Iuliacen. & alij, tamen Bauarici sanguinis Principes in obediētia se. ap. nemini cedūt. Vt qui antiquitate tituli ducalis reliquos tempore antecedunt (nam pleræq; familiæ ad fastigium illud ascenderunt tardius) à quo etiam nunquam exciderunt, breui tempore excepto, quo comites Altorfen. dicti Guelphones, per fauores Imperatorū, Henrici. 4. Lotharij, & Cunradi intrusi fuerunt in Bauariam, statim tamen Ottone Vuitelspachio Bauarorum nobilissimo (vnde Bauariæ duces & Comites Palatini Rheni omnes hodie prognati sunt) à Friderico Barbarossa ad pristinam dignitatem restituto, hanc perpetuo hactenus stabilem retinuerunt. Quod factum est, vt plures numero sint principes in illa familia actu (vt dici solet) regētes q̄ in aliis, & multitudine quoque dominiorum, & regionum illustriores (Austriacos semper excipio) cæteris existant: nam Danubium ex Bauaria transgressi partem Sueuiæ suam fecerunt, & totum ferme Vt in catalogo libri fo. 11 Haidelbergum. Monachium Landshutā. Ambergum. Nuum forum Neoburgū. Lēgfeldiū. Simerinum Mosbacum Spahaim.

agrum Noricum vſque ad fauces nemoris Bohemici. Et Palatium Rheni adepti, totum ferme Ottonis nemus poſ ſederũt cum pluribus oppidis tractu Rheni vſque ad Boppardiam ſitis, & Rhenum ſupergreſſi inferiore m Alſatiam ſuam fecerunt. Sebuſios, Obrincam vulgo hodie Hundſruckum dicunt, cum aliis dominiis.

Qua in primis nobiliſſimos Baioariæ principes, traduxit Bucerus, famá eorum proſcidit in farragine nugarum ſuarum, quod ab orthodoxa fide nollent ad latum vnguem recedere, aut à ſed. apoſtoli. obedientia diſceſſionem acceptare: quomodo enim petram relinquerent? quomodo Eccleſiam desererent catholicam, & Cathedram Petri, propter ventum Aquilonarem, portas inferorum, quas ſciunt Chriſto duce, eccleſiæ non præualituras: Ne autem ſimplices titubarent in fide, ſi nemo ex catholicis reſpõderet nugis Buceranis: ex zelo fidei & ob honorem ſe. ap. ac Illuſtriſſimorum Germaniæ principum ei adhærentium, hunc ſuſcepi laborem, etſi non ignorarem me pellem caninam rodere in Bucero: In quo repulſa primo nebula Bucina, librum à Cæſarianis oblatum annoto, [illegible] quiſque videat principes Catholicos, iuſte librum iſtum repuliſſe. Secundo diuerſariorum articulos (quod collegæ mei omiſerunt) examinaui à prora & pupi vt euidens ſit cuique, eos cum verbis iactant pietatem. Reipſa tamen perfidiam ſerere moliuntur. At quia calumniatur Bucerus catholicos Principes. Imo ipſum Reuerendiſſimum ſe. ap. Legatum: quos à maledicentia Buceri vindico. Quarto autem accuſationem quãdam mei, beneuolenter, non excutio, ſed quaſi reuideo, Seruiui Chriſto, ſeruiui ſe. ap. & tibi Põtifex Max. ac Cardineo ſenatui, meis Principibus Bauariæ, quid dico Bauariæ? Imo omnibus nobiliſſimis principibus catholicis ac toti Chriſtianitati: Non enim cupio pancratiaſtes haberi, aut Megarenſi lapide celebrari: ſed Deo placuiſſe & ipſiſſimæ veritati fidei. Tantum enim dixiſſe volui, quantum tu Pontifex in ſede Petri cum tuo Reuerendiſſimo Cardinalium orthodoxeo cœtu probaueris, reliqua expuncturus iuſſu tuo D.O.M. ſanctitatem tuam, & Cardineã amplitudinem, tueatur & dirigat. Ingolſtadij 1541. in Decembri. E.S. ac R. Pp.

Vuilhel. Dux Bauariæ & Ludo.

SCRI-

NARRAT DELECTOS ESSE ERV- 1.
ditos ab vtraque parte, qui deliberent, qua
ratione articuli diffidentes cõcordari pos-
sent: sic tamen vt actum per collocutores
nulli parti præiudicaret: sed sine fraude ad
Imper. Maiestat. ac ordines Imperij referretur.

Ad hæc sua Maiestas eis librum obtulisset, in quo me- 2.
dia continerentur conciliandi articulos: ac ascultatores
ordinasset: quo omnia quæ aliquid momenti haberent, 3.
consignarentur.

NOTVLA ECKII.

FAcile adducor Cæs. Maiest. illa sic proposuisse: at vi- 1.
derit Bucerus: cur postea tam instanter vrgeat articu- Colloqũ
los quos vocat cõciliatos, ab omnibus catholicis prin- sine præ-
cipibus recipiendos: cũ duo tantũ fuerint collocutores, nõ iudicio p-
magni nominis in Theologia: quorum sententię totus or tium.
do episcoporum ac principum aliorum catholicorũ cede-
re deberet: cũ Cæs. Maiest. cauerit, ne vlli parti colloquiũ
præiudicaret, sed posterius Buceri dolos manifestabimus.

Quod Imp. Maiest. libri meminit sibi commendati, ve 2.
reor ne suę Maiestati liber iste plus laudatus sit, quàm par Liber pl'
erat: quod si suos Theologos Hispanos solũ adhibuisset, æquo lau-
non dubito mutasset sententiam: & clare intellexisset li- datus.
brum istum suæ Maiestati obtrusum, magis discordiæ aptũ,
quam concordiæ: & quod boni principes catholici nõ po-
terant bona conscientia huic farragini subscribere.

De ordinatis pręsidentibus & auscultatoribus pruden 3.
ter & recte factum. Vtinam ęqualitas etiam seruata fuisset
vt tot adhibiti fuissent, ex animo catholici, quot fuerunt
diuersæ partis sequaces: Nam de consignandis colloquij Consigna
actis ægre fuit prouisum: cum nullus fuerit notarius vel tores col-
scriptor iuratus, cui hoc opus esset demandatum: licet nõ loquij.
deessent, qui se ingererent ad scribendũ: quali præiudicio
catholicæ partis, non attinet in præsentia dicere. At Buce
rum appello: est ne alicuius momenti aut minus, Euchari
stiam circumlatam, aut in cibario seruatam pro infirmis, à
fidelibus adorari: quia vos negatis manere vere sacramen-
tum:

tum: Imo non defuerunt ex vestris, qui si etiam faterētur
Luther ad Vualden. in Eucharistia esse corpus Christi, negauerunt tamē illud adorandum: Et sic totam ecclesiam iudicatis & cōdemnatis de impietate Idololatrię: Vterque articulus diligenter est examinatus in colloquio: vos vero detulistis illum ad agmen cōsilij prædicantium vestrorū (non licebat catholicis quicquam mutire de actis in colloquio, vobis omnia fuerunt permissa, non solum vt ad frequens consilium deferretis, sed etiā vt in omnes angulos vestros, scriptis spargeretis) & post triduanam deliberationem, tam variæ & minime stabiles erant inter vos sententiæ, vtrunque articulum reiecistis: de quo nulla fit mentio in totius libri tui farragine: Vbi ergo fuerunt consignatores tui?

Bucer narrat modo obedientiam collocutorum, vt articuli & numero plures & præcipui, in quibus inter partes ante non conuenerat, conciliarentur.

NOTVLA ECKII.

4. Arbitror catholicos mihi libentius credituros contra dicenti Bucero, articulos præcipuos mansisse irrecōciliatos, & vt rem gratam faciam Lectori, enumerabo aliquos restantes in eadem controuersia.

Articuli potiores non reconciliati. 1. De authoritate ecclesiæ arti. 6. & 10. ab ecclesia dissentiunt. 2. In sacramento ordinis noluerunt episcopum esse necessarium ad sacerdotē consecrandū sed commēdabant suas ordinationes quas Luther, Pomeranus, & alij facerent. 3. In baptismo non placuit eis benedictio fontis baptismi, nec Chrisma, nec sacrū oleum. 4. In confirmatione noluerūt assentire, vt episcopus esset necessarius vel Chrisma. 5. De sacramento Eucharistiæ & reali præsentia corporis Christi, Zuingliani nō fuerunt rogati de sententia: cum certum sit in ecclesijs eorum omnem missam exulare, & vix in duobus mensibus à paucis cœnam, quam vocant dominicā, tabulatim peragi. 6. Sacramentum pœnitentię æque lacerant vt prius, cum negent confessionem necessario sacerdoti faciendam, similiter negāt enumerationem singillatā peccatorum, & prorsus reijciunt satisfactionem ecclesiasticam. 7. Sacramentum matrimonij vbi per diuersarios maculatum est, author libri non attigit: alioquin non consensissent ecclesiæ. Ideo opus fuisset do-

cto Theologo collocutore, ac nõ inexercitato in eorũ erroribus, qui plus vlceris nouisset acu eruditionis extrahere. 8. Neque in vnctionis extremæ sacramentũ consenserunt, vt ex responso protestantium est manifestum. 9. De Hierarchico ordine ecclesię plane à nobis dissentiũt. 10. Cæremoniis ecclesiæ multũ detrahũt. 11. Sanctos negant inuocãdos, quia neq; precibus, neque meritis nobis suffragentur: pari temeritate reliquias sanctorũ contemnũt. 12. De imaginib. sanctorum, etsi siluerint collocutores diuersæ partis, aut quia consignator Buceranus nõ interfuit, tamen propalam sui socij durante colloquio Ratisponæ nõ sunt veriti declamare furiose aduersus imagines: ad hæc in magnis ciuitatibus, vbi feliciana & Ikonoklastarũ insania destruxerant, hodie perseuerant in eadem impietate. Videat Bucerus suam Argentinam. 13. At non est præcipuus & maximus articulus dissensionis de missæ sacrificio pro viuis & defunctis? quorum neutrum admittunt, multo minus quod in sacro Missæ officio memoria nominatim sanctorum habeatur: Sicut vtrunque canonem missæ probatissimum in ecclesia, reiiciunt. 14. At cum fortiter permanent in semel cõcepto errore Lutherano de abroganda missa priuata, an non per omnia dissident ab ecclesia catholica. 15. De cõmunione sub vtraq; specie nulla est facta reconciliatio. 16. Coniugia sacerdotum volunt esse libera cõtra ecclesiam etiam tempore Augustini. 17. Vota monachorum & monialium improbant, & negant esse obligatoria: Hæc omnia distinctius in articulis inferius monstrabimus. Vade ergo Bucere, & surdis ac mutis persuade figmentum tuum, præcipuos articulos dissentionis esse conciliatos: nec mireris cur cordati & catholici principes tuis nugis noluerunt assensum præbere.

NOTVLA, ECKII.

Altera pars Buceranę propositionis veritate quoq; vacat, quoniam affirmat numero plures articulos cõciliatos, de quibus prius inter partes non conuenerat: ponamus ante oculos eũ in causa fidei recessisse à veritate quod ei minime licuit: quia vt diserte Augustinus inquit, mendaciũ in doctrina pietatis magnum scelus est, & primum genus detestabilis mendacij: Recenseamus ergo articulos, quos habent

Articuli pauci reconciliati.

Aug. de mendacio ad Cõsentium.

habent pro conciliatis. 1.De cōditione hominis & integritate naturę ante lapsum. 2.De libero arbitrio homi
Luther cō nis, quod etsi Luther fortiter improbat cum Carlstadio,
tra bullā. quod omnia fierent absoluta necessitate: tamen posteriores hunc errorem iampridem emendarunt in confessione
Coll. Vuormat. Saxonica Augustæ oblata. 3.De causa peccati liquet in eadē confessione. 4.De peccato originali recte cōuenerāmus in deputatione Augustana:& pressius in colloquio Vuormaciēsi: Ob id articulus iste nō fuit vētilatus in hoc colloquio Ratisponen. 5.De ecclesia,quę malos & hypocritas habet admixtos secundum externam societatem,plenius fuit concordatū Augustę quàm in isto libro. 6.Verbum dei,sanam doctrinam, & vnitatem doctrinæ esse notam & signa ecclesię dei,nunquam fuit controuersum. 7. Pœnitentiam in remissionem peccatorum esse in ecclesia
Nouatiani. post lapsum, contra Nouatianos, nūquam fuit deductum in controuersiam, vt nihil conferat ad iactantiam Buceri. 8.Sacramenta non solum esse signa signantia,sed etiā sanctificantia,etsi Lutherus superbe ab initio resisteret,vt
Art.1 articulus ille per Leonem x. papa fe.re. sit damnatus: at posteriores non ita auersati sunt, vt in confessione Saxonica liquet. 9.De veritate corporis Christi Lutherani
Berengarius. Zuingli⁹ etiam Augustæ consenserunt contra Berengarianos & Zuinglianos,& melius quidem,quàm modo. 10.Vinculum charitatis & pacis esse notam ecclesię dei,nunquā fuit inter catholicos & Neochristianos cōtrouersum. 11.De disciplina ecclesiastica & disciplina populi, ab omnibus semper ex animo & anxie fuit petitū, vt reformatio fieret tam in capite,quàm in mēbris, tam in clero,quā in laicis.

Si modo coniunxerimus articulos superiores. 17.Cū his 11. quos habebit reliquos Bucerus? in quibus verum ostendat,collocutores omnem operā pro virili sua impendisse, vt articuli plures & præcipui conciliarentur: Quare stulta vel ficta est spes collocutorum,Cæs.Maiestatem & ordines imperij, inuentūros media ad articulos non conciliatos,conciliandi: quia ex controuersis nullus omnino est conciliatus. At forte duos obiiciet articulos, vnum de iustificatione,alterū de missa sine cōmunicāte celebranda. Verum articulū de iustificatione excutiā,dum respondebo

debo accusatoribus meis Pflugio & Gropero: De missa re fellam iniquũ consiliũ libri obtrusi Cæsari in eius cribratione. De articulis recõciliatis nugas Buceri apertius deuelabimus inferius, post sentẽtiã Cæs. de recessu faciẽdo.

Bucer. Petitum est à Cæsaria Maiestate, vt protestantium collocutores, super articulis nondum reconciliatis, suam sententiam ac consilium separatim exponerent.

NOTVLA ECKII.

ETsi ergo ab initio fuerim colloquij, & prius in præsentia Cæsariæ ac catholicæ Maiestatis, quãdo vtriq; parti facta fuit cõmissio: tamen nõ recolo hoc fuisse à sua Maiestate Lutheranis permissum, multo minus ab eis petitũ: nã primũ x. Maij inuasit me febris: Tamẽ quis credet Bucero, tam Catholicũ regem, tã Christianissimũ Imperatorem (velut edictum Vuormaciẽse, & recessus Augustanus locuplete & vbertim testãtur) laxasse frena aduersariis fidei, vt libro adpingerẽt, quicquid liberet: Cõtra vero catholicis manus clausæ essent, vt librũ minus elaboratũ, cogerentur sequi, vt regulã & albam amussim: Nam si hoc quoq; catholicis fuisset permissum, nõ fuissem tã deses & segnis, & ipse annotationes adiecissem libro, de quibus certus fuissem eas consentientes fore catholicis Doctoribus & vniuersali ecclesiæ: Nam quod minus probaui librũ obtrusum, sæpe etiã improbaui, existimo factum, vt socios collocutores meos exasperauerim, vt in supplicatione inferius examinanda tam acerbe nomẽ meum prosciderint. 6.

Bucer renarrat Cæs. Maiestatem obtulisse librum statibus Imperij, vna cum apostillis protestantium: atque eorum petiisse desuper sententiam & consilium. At antequã catholicorum ac obedientium statuũ Imperij responsum audiamus, præstat audire librum primo, quia hoc cupit author eius: deinde quæ incaute sunt in eo posita aut minus sana obiter carbone notabimus, tertio loco apostillas protestantium digna cẽsura cõfutabimus: Ex quibus omnibus mox erit perspicuum, responsum à principibus datum, ex catholico, vere pio & Christiano animo esse profectum, vt merito rubeat mucosus Bucerus, quod piissimis principibus insultat, vt suo loco arrogantiam & temeritatem eius contra principes vindicabimus. 7.

LIBER

LIBER A CAESARE PROpositus collocutoribus, pro ineunda concordia fidei.

ADVERTE LECTOR LITERAS in margine, quia eadem nota habebis. inferius annotationem Eckij.

DE CONDITIONE HOMINIS, & ante lapsum naturæ integritate.

A DEVS hominem ad imaginem & similitudinem suã condidit. Genesis 1. Non in corpore quidem, quanquã & illud dedit mirifice ornatum, & diuinis vsibus appositum, sed in mente, quam intellectus & voluntatis viribus præditam secundum seipsum virtute vestiuit, id est, arbitrij libertate, sapientiæ luce, & innocentiæ pulchritudine quadã, ac participatione suæ diuinitatis gratuita mirifice decorauit. Eccle. 17. & Eccl. 7. vt esset in laudẽ glo-
B riæ ipsius. ad Ephe. 1. In hac imaginis & similitudinis integritate constitutus homo, in intellectu veram ac viuam
C Dei sui archetypi notitiam, & rectum de rebus iudicium, in voluntate vero ardentem erga Deum amorem & obedientiam quæ in eo tamen sensim crescere debebant, possidebat. Eccle. 17. Psalm. 8. Genesis 2.

DE LIBERO ARBITRIO. II.

ET quoniam Deus homini arbitrij libertatem indidit, adiecit quoque mandatum, relinquens illum in manu consilij sui, vt si vellet, posset per acceptam & assistentem gratiam, & vim spiritus sancti, mandatum seruare, & imaginem, in qua cõditus erat, incõtaminatam custodire, sin nollet, gloriam & honorẽ suum voluntaria corruptione amittere, & vitam æternã morte commutare. Ecclesiastici 15. Hæc arbitrij libertas, quæ erat in omnibus nobis, si non cecidisset Adam, futura, nũc aliter se habet in lapso post peccatum ante reparationem, aliter post reparationem, aliter denique post glorificationem.

D De libertate ante lapsum scriptum est, ante hominẽ vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. quem nihil in natura sua impediebat, vt faceret bene, nihil impellebat, vt faceret male. Eccle. 17. Verũ huiusmodi con-

di concreata libertas faciendi boni, & continendi se à ma lo, per hominis lapsum est amissa, sola libertate à coactione retenta, quæ tam est in malis, quàm in bonis, de qua dictum est. Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti. Matthæi 23. Inefficax quidē ad inchoandam & efficiendā iustitiam veram, & opera coram deo bona, sicut scriptum est: Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei 1. Cor. 2. Et iterum: Sensus carnis inimicitia est aduersus E
deum. Legi enim dei non est subiecta, ac ne potest quidē subiici. Rom. 8. Valens tantum ad efficienda opera externa & vitæ præsentis tam bona quàm mala. Nam quod ex fide non fit, peccatum est. Romanorum 14. Vnde Augustinus in præfatione Psal. 31. Ne qua bona opera, inquit, appellauerim, quæ non de radice bona procedunt.

De libertate vero post reparationē Christus dixit. Si F
filius vos liberauit, vere liberi eritis: Iohannis 8. & Paulus Romanorum 8. Lex enim spiritus vitæ liberum me reddidit à lege peccat. & mortis. Hæc nobis per filium opificio spiritus sancti restituitur & conseruatur, iuxta illud Christi. Sine me nihil potestis facere. Iohānis 15. & illud Pauli. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram, quo à seruitute peccati liberamur, & serui iustitiæ efficimur, quemadmodū dixit Apostolus, liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ, vocata propterea libertas à peccato.

Denique de libertate post glorificationem, quæ est li- G
bertas ab omni errore iudicij, & praua concupiscentia, ait Apostolus, quod Deum tūc videbimus, sicut est: & ei perfectè adhærebimus, imo Deus erit omnia in omnibus.

Et quia per redemptionē quæ est in Christo Iesu vere liberi efficimur, vt iam in eo omnia possimus qui nos confortat. Philippens. 4. Idcirco hæc libertas in concionibus ad populum magnis encomiis celebrāda est, vt intelligat, quid in Christo sit adeptus, & quod ad gratiam, quę est in Christo Iesu, attinet, possit nunc se continere à peccato, obedire Deo, & facere eius mandata, & quod huc adiuuāte spiritu summo studio contendere debeat, quemadmodū facit Apostolus. Peccatum, inquit, vobis non dominabitur, non enim sub lege estis, sed sub gratia. Gratia autem Dei vita æterna in Christo Iesu domino nostro. Rom. 6.

Mallent ptestātes: sic possit nunc resistere peccato & prę stare inchoatam obedientiam.

& 2. Corin. 6. Adiuuantes, inquit, adhortamur ne in vacuum gratiam dei receperitis. Sic enim gloria Christi, & abundãtia ac vis gratiæ, & donum iustitiæ, quod per eum recipimus, Romanorum 5. commendantur. Etsi interim etiam diligenter inculcandum sit, tantam adhuc in nobis ad bonum, infirmitatem, & ad malum inclinationẽ remanere, quæ illam vim spiritus remoretur, & prauas cupiditates gignat, impellatque ad ea facienda, quæ nõ volumus Gala. 5. Quo fit, vt nemo sit in hac vita sine peccato. 1. Iohannis. 1. Quo magis à Christo pendendum est, & timore, & tremore in hac vita versandum, atque studendum est, ne vnquam desimus gratiæ dei. Heb. 12. neue contristemus spiritum sanctum, in quo signati sumus in diem redemptionis, Ephesi. 4.

DE CAVSA PECCATI. III.

Causam peccati constat esse malam voluntatem, diaboli & hominis, se à Deo auertentẽ, quæ malitia voluntatis non à deo, sed ex diabolo & nobis est. Sicut Christus ait. Cũ loquitur mendaciũ, ex propriis loquitur. Inuidia itaque diaboli mors introiuit in orbẽ terrarũ.

H Sap. 2. & per inobedientiam vnius hominis peccatores cõstituti sunt multi. Rom. 2. Quod factũ est, cũ Adam astu

I diaboli circumuentus fidẽ viuã & amorem dei perdidit, & horum loco sui fiduciam & amorem imbibit. Gene. 3.

DE ORIGINALI PECCATO. IIII.

Peccatum itaque originale dicimus esse carentiam seu

K defectum originalis iustitiæ debitæ inesse. Originalẽ vero iustitiam intelligimus inesse gratia Dei, & imaginem illam & similitudinem dei habere, ad quam cõditi

L sumus, & quæ spiritum sanctum, & ex hoc notitiam Dei & amorem complectitur, cuius defectus sunt, destitui gratia, & spiritu Dei, seu vt Paulinis verbis vtamur, incredulitas & inobedientia. Rom. 3. Gal. 3. & Roman. 5.

Concupiscentiam vero intelligimus esse corruptionẽ, & inordinatam dispositionem virium humanarum, seu vitiosam inclinationem in malum, quæ & ob id lex membrorũ, lex peccati, & peccatum quoq; appellatur. Rom. 7. Cauendum igitur ne regnet peccatum in mortali corpore vestro. Rom. 6. Ad rationem itaque peccati originalis

vtrun-

vtrunq; simul & coniunctum requirimus, vtputa, & defectum originalis iustitiæ debitæ inesse, & concupiscentiam M
seu vitiosum habitum, qui iunctus huic carentiæ, nō potest non prodire in omne genus peccati actualis, in non renatis, in quibus diabolus efficax est. Ephe.2.

Diserte autem discernimus peccatum originale ab actuali, sic vt originale dicamus consistere in vera carētia iustitiæ originalis, habente coniunctum vitiosum habitū,
inclinantem ad peccatum. Verùm quicquid est præter il- N
lam carentiam & habitum vitiosum in nobis peccati, quod in actum aliquem erumpit, siue id fiat cogitatione, siue locutione, siue externo opere, siue actus operisve debiti omissione, actuale vocamus.

Peccatum ergo originale secundum suam propriam rationem acceptū, prout distinguitur radix à fructibus, per Adam in omnem posteritatem pertransijt, & in mortem regnauit. Roman.5. Fitq; nobis omnibus nascentibus sola
propagatione proprium, sicut dicit Apostolus Roman.9. O
Cum nondum nati fuissent, aut aliquid mali egissent, &c. P
Item Roma.5. Regnauit mors ab Adam etiam in eos qui non peccauerunt, & tamen verum est, quod hæc nuda carentia iustitiæ debitę habens annexum vitiosum habitum,
res est seu peccatum dignum morte. Quia Deus in homi- Q
ne hoc peccato oppresso nō videt imaginem suam, aut sui notitiam, aut amorem. Et proinde nascimur omnes natura filij iræ. Ephe.2. Adeo vt ne infantes quidem, qui nec dū renati decedunt, ab hac damnatione, quæ in carentia diui-
næ visionis & lucis constituta est, sint immunes. R

4. Tametsi enim in nobis nascentibus adhuc vestigium quoddam imaginis dei reliquum sit, quod lumen naturæ appellamus, quo etiam in qualemcunq; Dei cognitionem assurgimus, quia tamen hoc vestigium admodum exile est ob contaminationis grauitatem, fit vt deus idipsum non agnoscat, quod ad faciendam spiritualem & veram iustitiam omnino sit inefficax, etsi ad condemnandos iustitiæ Dei non subiectos sufficiat. Roman.1.

5. Dissoluitur autem hoc originale peccatum per lauacrū regenerationis & renouationis in verbo vitæ, per meritum passionis Christi. Ephe.5. Nam baptismo reat⁹ mali

huius per meritum Christi dissoluitur,& gratia Dei restituitur,tum etiam cōcupiscentiæ vis reprimitur donato spiritu Christi,qui nouos,& sanctos in homine motus excitat,sicut docet Apostolus Roman.5.Sicut per vnius delictum propagatum est malum in omnes homines ad condemnationem,ita & per vnius iustificationem propagatur donum in omnes homines in iustificationem vitæ.Quemadmodum per inobedientiam vnius,peccatores multi constituti sumus,sic per vnius obedientiam multi iusti constituentur.Rursus Cap.6.Consepulti sumus ipsi per baptisma in mortem, vt quemadmodum Christus est excitatus à mortuis per gloriam patris, sic & nos in nouitate vitæ ambulemus.

6. S. Proinde etsi post Baptismum in renatis remaneat materiale peccati, hoc est,concupiscentia, grauis certè infirmitas & radix omnis amaritudinis: formale tamen, quod reatus est,aufertur. Nam eo per Baptismum soluti,Christo induti sumus, atque ad imaginem filij Dei saltem inchoatam reformati. Sicut dixit Apostolus: Qui tradidit semetipsum pro ecclesia, vt eam sanctificaret, mundatam per lauacrum in verbo. Et. Quicūq; in Christo baptizati estis,Christum induistis.Idcirco propter meritum passionis Christi,& Christum ipsum habitantem in sanctis,reliquum huius mali non imputabitur in peccatum.Neq; est peccatum quod eos vllo reatu, qui propter Christum sublatus est, obstringat, donec in aliquē actum vel cogitationem vel concupiscentiam erumpit, vel in actus debiti omissionē.Iuxta illud.Nihil ergo damnationis est ijs qui sunt in Christo Iesu,qui non secundum carnem ambulāt. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis.Roman.8.

7. Vnde Augustinus rectè vtitur his loquendi formulis: Beatus ille nascendo contractus, renascendo dissoluitur, libro de spiritu & litera, Item,contra Iulianū libro secundo. Lex ista,inquit,peccati, quæ in membris est corporis mortis huius,& remissa est generatione spirituali, & manet in carne mortali remissa, quia reatus solutus est sacramento,quo renascuntur fideles.Item, omni reatu caret baptizatus. Rursus,omni reatu omniū malorū caret baptiza-

tus. Pręterea ad Bonifacium ſcribens, Baptiſma, inquit, omnem dat indulgentiam peccatorũ, & aufert crimina non radit. Et in hãc ſententiam alia plurima ſanctus ille Epiſcopus ſcripſit.

Itaq; docendũ eſt cũ Auguſtino diligenter, legẽ illam peccati, & relictã in ſanctis concupiſcentiã, ſi ex ſe nullum fructũ malum edit, non eſſe peccatũ, quod adhuc eos reatu aliquo teneat. omnis enĩ reatus eius p Chriſtũ ſublatꝰ eſt.

Cæterum eodem Auguſtino authore, agnoſcendum quoq; & docendũ eſt, quod Apoſtolo malum hoc vocetur 8.
peccatum. Neq; id ſolum, quia à peccato inuectum ſit, ſed etiã quia ad peccatum inclinat, & ei ineſt inobedientia cõtra dominatum mentis. Nam idem vir Dei libro. 5. cap. 3. contra Iulianum ſic ſcribit. Concupiſcentia carnis, aduerſus quam bonus concupiſcit ſpiritus, & peccatum eſt, quia T
illi ineſt inobedientia contra dominatum mentis, & pœna peccati eſt, quia reddita eſt meritis inobedientis, & cauſa peccati eſt defectione cõſentiẽtis, vel cõtagione naſcẽtis.

Et aduerſus eundem Iulianũ libro. 2. Quanuis, inquit, 9.
iam non eodẽ modo appelletur peccatum, quod facit reũ, ſed quod fit reatu primi hominis factum, & quod rebellãdo nos trahere nititur ad reatũ, niſi adiuuet nos gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, ne ſic etiã mortuum peccatum rebellet, vt vincendo reuiuiſcat & regnet.

Statim vero vbi in aliquem vitioſum actũ, quales ſunt contemnere ſeu odiſſe iudicium dei, & eius promiſſis diffidere, fremere aduerſus deum, & ſimiles etiam longe minores motus, quibus qualiſcunq; accedit aut delectatio, aut aſſenſus, aut tolerantia, erũpit ſeu ebullit, fit in nobis actuale peccatum, quod indiget noua remiſſione ſeu non imputatione. Et quia tanta eſt noſtra infirmitas, & tam fœcunda illa radix amaritudinis, quæ in nobis ſupereſt, vt non ſuccumbamus ſubinde concupiſcentiæ, quin radix illa amaritudinis amaros fructus, hoc eſt, neglectum dei & peruerſas appetitiones, proferat.

Ideo neceſſe eſt, vt omnes ſancti, quamdiu ſunt in hac vita, dicere opus habeant, dimitte nobis debita noſtra &c. Item: ſi dixerimus quia peccatum non habemus &c. Differt itaq; concupiſcentia, quæ eſt in nõ renatis, à concu-

piſcentia,quæ eſt adhuc in renatis, quod illa coniunctum habeat reatum mortis æternæ,ab hac autem renatorum cõ
V cupiſcentia hic reatus per Chriſtum ſublatus ſit, ſicut illa poſt ſe violenter corripit impium. Contra hanc dimicant fideles,eamq; mortificant. Illa autem reprobis illis ſic eſt materia ruinæ, ſicut hæc eſt nobis exercitium humilitatis & fidei. Quoniam igitur reatus ablatus eſt,& concupiſcentia ſupereſt, quæ contra ſpiritum perpetuo exurgit: ideo in concionibus ad populum,vtrunque hoc populo diligẽter exponendum eſt. Primum, vt beneficium gratiæ Chriſti recognoſcent, ac prędicent in eo,quod hoc mali Deus non imputat. Deinde,vt agnita probeq; conſiderata tanta infirmitate,quæ ſupereſt, ſe totos ſanandos Chriſto medico indies plenius permittant & offerant.

Cumq; ne illicita deſideria in ſe exiſtãt velle quidem debeant(etſi dum ſunt in corpore mortis huius non obtineant)in iugi pœnitentia & precatione veniæ perſeuerãt. Poſtremo,vt cogitent,cum quanto & quali hoſte domeſtico ſibi ſit pugnandum,vt ſtudioſius opem ſpiritus domini ſemper implorent,& vigilandum inſtandumq; ſibi ſciant, vt carnem ſuam, cum vicijs & concupiſcentijs ſuis crucifigant & mortificent.

Contra verò nõ minore ſtudio vis gratiæ in baptiſmo acceptæ magnifice celebranda.atque adeo docendum eſt,
X eam eſſe maiorem,modo fide exerceatur,quàm eſt reſidua hæc noſtra infirmitas,quod ea infirmitas & vicioſitas crucifigi & mortificari poſſit vſq; ad plenam victoriam in futuro ſęculo,iuxta illud,Deus miſit filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato condemnauit peccatum in carne,vt iuſtitia legis adimpleretur. Item: Fratres,nõ ſumus debitores carnis,vt ſecundũ carnẽ viuàmus. Itẽ: Quicũq; ſpiritu Dei agũtur,ij ſunt filij Dei. Rom.8.

DE IVSTIFICATIONE NOMINIS. V.

NVlli Chriſtiano dubitandum eſt,poſt lapſum primi parentis,omnes homines,vt inquit Apoſtolus, naſci filios iræ,& inimicos dei,eoq; in mortem & ſeruitutem peccati.

Item nulli Chriſtiano ambigendum eſt, nullum homi nem

nem posse deo reconciliari, itemq; liberari à seruitute peccati, nisi per Christum vnum mediatorem Dei & hominũ, per cuius gratiam, vt inquit Apostolus ad Romanos, non tantum reconciliamur Deo & liberamur à seruitute peccati, sed etiã efficimur consortes diuinę naturæ, & filij dei.

Item perspicuum est, quod adulti non consequuntur hæc beneficia Christi, nisi præueniente motu spiritus sancti, quo eorum mens & voluntas mouetur ad detestationem peccati. nam impossibile est, vt inquit Augustinus, nouam vitã inchoare, nisi prioris nos pœniteat. Item Lucæ vltimo, Christus iubet prædicari in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum. Iohannes etiam Baptista missus ad parandas vias domini prædicauit pœnitentiam, inquiens, pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cœlorum. Deinde à spiritu sancto mouetur hominis mens in Deum per Christum, & hic motus est per fidem, per quam hominis mens certo credens omnibus, quæ tradita sunt à deo, etiam certissime & sine dubio assentitur promissionibus nobis exhibitis à deo, qui, vt dicitur in Psalmo. Fidelis est in omnibus verbis suis, & ex eo fiduciam capit propter promissionem Dei, qua pollicitus est se remissurum peccata gratis, & adoptaturum in filios credentes in Christum, eos, inquam, quos prioris vitæ pœnituerit, & hæc fide erigitur in Deum à spiritu sancto. Ideoq; accipit spiritum sanctum, remissionem peccatorũ, imputationem iustitiæ, & innumerabilia bona.

Firma itaq; est & sana doctrina, per fidem viuam & ef- 4.
ficacem iustificari peccatorem. Nam per illam deo grati & accepti sumus propter Christum. Vocamus autem fidẽ viuam, motum spiritus sancti, quo vere pœnitentes veteris vitæ, eriguntur ad deum, & vere apprehendunt misericordiam in Christo promissam, vt iam vere sentiant, quod remissionem peccatorũ, & reconciliationem propter meritũ Christi gratuita dei bonitate acceperunt: & clamant ad deum, Abba pater. Id quod tamen nulli obtingit, nisi etiã simul infundatur charitas sanans voluntatem; vt voluntas sanata, quemadmodum diuus Augustinus ait, incipiat implere legem. Fides ergo viua est, quæ & apprehendit misericordiã in Christo, ac credit iustitiã quæ est in Christo,

ſibi gratis imputari:& quæ ſimul pollicitationem ſpiritus ſancti,& charitatem accipit. Ita quod fides quidem iuſtificans eſt,illa fides,quæ eſt efficax per charitatem,ſed interim hoc verũ eſt,quod hac fide eatenus iuſtificamur,id eſt acceptamur & reconciliamur deo , quatenus apprehendit miſericordiã & iuſtitiã,quæ nobis imputatur ꝓpter Chriſtum & eius meritum , non propter dignitatem ſeu perfectionem iuſtitiæ nobis in Chriſto communicatæ.

Etſi aũt is qui iuſtificatur, iuſtitiã accipit,& habet per Chriſtum etiam inhærẽtem,ſicut dicit Apoſtolus. Abluti eſtis,ſanctificati eſtis,iuſtificati eſtis,&c.(quare ſancti patres iuſtificari etiam pro eo quod eſt inhærẽtem iuſticiam accipere,vſurparunt)tamen anima fidelis huic non inniti tur,ſed ſoli iuſtitiæ Chriſti,nobis donatę,ſine quo omnino nulla eſſe neceſſe poteſt iuſtitia . Et ſic fide in Chriſtũ iuſtificamur ſeu reputamur iuſti. i. accepti per ipſius merita,non propter noſtram dignitatẽ, aut opera,& propter inhęrẽtẽ iuſtitiã,eo iuſti dicimur, quia quę iuſta ſunt operamur,iuxta illud Iohannis. Qui facit iuſtitiam,iuſtus eſt.

Et quanquam in renatis ſemper creſcere debent timor dei, patientia & humilitas,& aliæ virtutes,cum renouatio ſit imperfecta,& hæreat in eis ingens infirmitas,tamen docendum eſt,vt qui vere pœnitẽt,ſemper fide certiſſima ſtatuant,ſe propter mediatorẽ Chriſtũ Deo placere q̃a Chriſtus eſt propitiator , pontifex & interpellator pro nobis, quem pater donauit nobis & omnia bona cum illo.

Quoniam autem perfecta certitudo in hac imbecillitate non eſt,ſuntq; multæ infirmæ & pauidæ conſcientiæ,q̃ cum graui ſæpe dubitatione luctantur , nemo eſt à gratia Chriſti propter eiuſmodi infirmitatẽ excludẽdus:ſed cõuenit tales diligenter adhortari vt ijs dubitationibus promiſſiones Chriſti fortiter opponant,& augeri ſibi fidẽ ſedulis precibus orent,iuxta illud: Adauge nobis domine fidem . Chriſtiano cuiq; debet eſſe compertum,non in hoc datam eſſe nobis hanc gratiam, & hanc generationem, vt in eo gradu innouationis noſtræ, quem primum nacti ſumus,ocioſi cõſiſtamus,ſed creſcamus in ipſum per omnia, qui eſt caput. Ideoq; docendus eſt populus vt det augmento huic operam, quod quidem fit per opera bona,& inter-

na

na & externa, à Deo mandata, & commendata, quibus Deus promisit propter Christum in pluribus Euangelij locis clare & manifeste mercedem: bona tam corporis, quã spiritus in hac vita, prout diuinæ prouidentiæ visum fuerit, & post hanc vitã in cœlis. Ideoq; quis hæreditas vitę ęternę ꝓpter promissionem debeatur renatis, etiam cum primum in Christo renati sunt nihilominus reddit Deus etiam bonis operibus mercedem non secundum substantiam operum, neq; secundum quod sunt à nobis: sed quatenus in fide fiunt, & sunt à spiritu sancto, qui habitat in nobis, concurrente libero arbitrio, tanquam partiali agente.

Et amplior & maior erit felicitas eorum, qui maiora & plura opera fecerunt, propter augmentum fidei & charitatis, in qua creuerunt huiusmodi exercitijs. Qui autem dicunt, sola fide iustificamur, simul tradere debent doctrinã de pœnitẽtia, de timore Dei, de iudicio Dei, de bonis operibus, vt tota summa prędicationis constet, sicut Christus inquit. Prædicantes pœnitentiam & remissionem peccatorum in nomine meo. Idq; ne hac loquendi formula aliter quàm prædictum est intelligatur. 8.

DE ECCLESIA ET ILLIVS SIGNIS ac authoritate. VI.

ECclesia est cœtus, seu congregatio hominum omniũ locorum & temporum, qui vocati sunt in communionem professionis, vnius eiusdemq; fidei, doctrinæ, ac sacramentorum, secundum Catholicam, orthodoxam, & Apostolicam doctrinam. Y

In hoc cœtu quicunque in vnitate veræ ac viuæ fidei per charitatem efficacis sub vno capite Christo, & sub ministratione spiritus sancti cohærent, & eisdem sacramentis spiritualiter communicant, hi soli eam ecclesiam constituunt, quæ à Paulo templum sanctum, & domus Dei, corpus Christi. 1. Corint. 6. Ephesi. 2. & 4. 1. Timot. 3. & à Iohanne ciuitatis sancta Ierusalem descendens è cœlis, constructa viuis ex lapidibus Apocal. 22. dicitur. Hic est populus Dei sanctus emũdatus ab omni iniquitate, & acceptabilis Deo, sectator bonorũ operũ. ad Titũ. 2. Qui allegorice hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ,

Paradisus cum fructu pomorum in scripturis præsignatus est. Hæc est illa ecclesia electorum Dei, occulta nobis, cognita verò Deo, sicut scriptum est. Cognouit Deus qui
Z sunt eius. 2. Timoht. 2. In qua præscientia sunt quicunque fidei & charitatis spiritum non amittunt. Heb. 3. Etsi non pariter omnes eandem spiritus perfectionem participent. Roma. 12. 14. & 15. Ephesi. 4. In qua etiā ij censentur, etsi non in præsentia, prædestinatione tamen Dei, quos ille conuertendos nouit, etsi nobis foris esse videantur. Quemadmodum Diuus Augustinus de baptismo contra Donatistas libro 5. capite 27. docet.

3. Deinde sunt in hoc cœtu, quod ad externam societatem attinet, etiam mali æterno supplicio destinati, quamdiu viuis membris, etsi non spiritualiter, corporaliter tamen, hoc est, externis fidei signaculis, & visibilibus pietatis sacramentis, veluti palea frumento cōiuncti sunt. Mat. 3. & 13, formam quidem pietatis habētes, sed virtutem eius abnegantes. 1. Timot. 3. Qui ab Apostolo, donec separentur seu abscindantur à corpore, intus esse dicuntur. 1. Cor. 5. Tollite malum è vobis &c.

4. Hic ergo cœtus vnius professionis & signorum habēs dum hic viuitur multos malos & hypochritas admixtos, est ceu magna domus, in qua non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam in honorem quidem, quædam in cōtumeliam. 2. Tim. 2. Inuisibilis secundum eam partem, quæ spiritu Dei vegetata in vitam æternam prædestinata est. Visibilis autem secundum externam professionem, & communionem, per totum terrarum orbem diffusa incipiens ab Hierusalem, & inde per Apostolos propagata in omnes gentes. Luc. 24. & Acto 1. Roma. 10.

5. Et vt mali peccatores non sint viua membra Ecclesię, nec de Ecclesia electorum Dei, quæ sancta est communio sanctorum vocatur, nihilominus tamen Christus docuit nos non alibi hanc ecclesiam sanctorum quærere, q̄ in illa congregatione magna, in qua est hæc veræ fidei, religionis, & sacramentorum professio, & administratio, in qua quisquis permanserit communione omnium bonorum, quorumcunque piorum, qui ab initio mundi fuerunt, fruitur

fruitur,non præ iudicantibus peccatis alienis,quod communio sacramentorum cum malis non maculet aliquem, sed consensus factorum.

Quisquis vero se ab hac ecclesia separauerit, hoc solo scelere,quod à christi vnitate seiunctus est,non habebit vitam æternam,sed ira Dei manet super eum.

Et ne quis vacillaret,addidit Christ⁹ certissima signa, quibus hæc magna domus,quæ est ecclesia Dei nobis cognoscibilis sit,quæ sunt sana doctrina,rectus sacramentorum vsus,& vinculũ charitatis & pacis. Ephesi.4.Roman. 12.Duę priores notæ separant ab ecclesia ethnicos seu paganos,tum hæreticos.primæ Corinth.quinto.1.Iohan.secundo.1.Timothe.1.2.& 3.Tertia nota separat schismaticos,& rite excommunicatos.primæ Corinthiorũ 1.5. & 11.Ad hęc quarta Ecclesię nota est,quod Catholica sit & vniuersalis, hoc est, per omnia loca & tempora diffusa,& propagata vsque in fines terræ.

DE NOTA VERBI. VII.

HAs notas dum in hac magna domo superesse videmus,non moratur quod multi interim in ea sint mali,atque etiam præsideant ac dominentur,quo minus credamus,non alibi vsquam,quàm hic,vbi scilicet viget sana doctrina,verus vsus sacramentorum,& vinculum charitatis,veram ecclesiam piorum esse inquirendam. Hæc enĩ magna domus promissionem habet infallibilis præsentiæ dei & spiritus sancti, quæ ob permixtos malos ab ea non aufertur,sicut scriptũ est. Et ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationẽ sæculi,Matth.28.Itẽ,non relinquam vos orphanos.Iohan. 14.Quid enim si exciderunt à fide quidam illorum,nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuabit?absit,est enim deus verax, omnis autem homo mendax.Romanorum 3.

Protestãtes mallẽt omittiver bum magna domus.

Nouit enim Deus hanc magnã domum mirabili consilio conseruare,non in quibuslibet,sed in ijs tantum, qui veræ pietatis cultores ecclesiæ vnitatem ob permixtã malorum multitudinem non deserunt,qui & apud Esaiam reliquiæ dicuntur,in quibus promissiones conseruantur, & adimplẽtur,nisi,inquit,dominus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus & sicut Gomorrha similes essemus.

mus. Esa.1. Et rursus, si fuerit numerus filiorum Israël tanquam arena maris, reliquię saluę fient. Esa.10. Roma.9. & Apostolus, inquit, an nescitis in Elia quid dicit scriptura? quemadmodum interpellat Deum aduersus Israël. Domine prophetas tuos occiderunt, & altaria tua suffoderũt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Sed qd dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerũt genua sua ante Baal. Rom. 11.3. Reg.19. Has reliquias Christus oues suas appellat q̃ vocem eius audiunt, & sequũtur, in hoc peculiariter à deo destinatæ, non vt extra magnam hanc domum priuata cõsuetudine se colligant, sed vt in his magna illa domus conseruetur, fulciatur & sustentet̃, ne plane & funditus pereat. Ipsæ enim sunt domus illa fundata supra petrã, in quã si irruant omnia aduersa, nihilominus firma, stabilis, & immobilis persistet. Matth.7.

Et vt hæc magna domus non semper ęque floreat multitudine piorum, nec sit in ea semper eadẽ verbi perspicuitas, propterea tamen ambigẽdum non est, quo minus in ea conseruetur illa vera ecclesia, quæ sola habet vnctionẽ spiritus docentem nos de omnibus. Conseruatur autem dum retinetur doctrinæ vnitas, in ijs saltem quæ ad pietatem & salutem sunt necessaria, fuerunt enim, sunt, & erunt semper in hac magna domo, qui hanc doctrinam in fide, spe, & charitate consistentem illabefactatam tueantur.

DE POENITENTIA POST lapsum. VIII.

IN hac sola catholica ecclesia est remissio peccatorũ, qua non solum in baptismate, sed etiam post baptisma confertur pœnitentibus. Nec tantum in ecclesia est remissio peccatorum leuiorũ, quæ iugi sanctificatione nostri repurgãtur, verũetiam grauiorũ, de quibus dixit Apostolus, quoniam qui talia agunt, regnum Dei nõ possidebunt. Et iterum. 2. Corint.12. Timeo ne iterum cũ venero ad vos, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia & impudicitia quã gesserunt. Hanc remissionem peccatorum post lapsum negantes Nouatiani, qui & cathari, recte damnati sunt, quod scriptura & verbo

& exemplo

& exemplo teſtatur,conuerſioni locum eſſe poſt lapſum. Ezechi.31.Math.18.Luc.15.Galat.6.Apocal.2.Act⁹.84 Regum.2.1.Timot.1.2.Corint.2.ſolum enim incredulitatis ſeu finalis impœnitẽtiæ ac blaſphemiæ in ſpiritũ ſanctũ,& deſperationis peccatũ remiſſionẽ non habet, neque hic neque in futuro ſæculo.Mat.12.De quo intelligi poteſt, quod ſcribit Apoſtolus ad Hebræos Cap.6.Impoſſibile eſſe eos,qui ſemel ſunt illuminati,& guſtauerunt donum cœleſte,& participes facti, ſunt ſpiritus ſancti,guſtaueruntque nihilominus bonum Dei verbum, virtuteſque vẽturi ſæculi & prolapſi ſunt,rurſus renouari ad pœnitentiam,rurſus crucifigentes ſibi filium Dei & oſtentui habentes. Et iterum cap.10.voluntarie peccãtibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis,iam non relinquitur pro peccatis hoſtia ſed terribilis expectatio iudicii,Significat enĩ Apoſtolus eos,qui poſt acceptam notitiam euangelii,rurſus ſibi filium Dei crucifigunt & oſtentui habent ac volũtarie peccare non deſinunt,non habere aliam pro peccatis hoſtiam,ſed aliam per pœnitentiam reuocationem,quale videre eſt in Iuda proditore, qui tradens & reiiciens Chriſtum non inuenit pœnitentiæ locum, tametſi pœnitentia commiſſi ſceleris ductus ſucclamaret. Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. Matth.27.Non enĩ reſpexit in redemptorem,quem prodendo repulit,qu ale etiam de Eſau refert,& cæteris omnibus qui excuſauerunt ſe ne eis fieret verbum,& recuſauerunt loquentem. Hebræ.12.

Quod qui nõ credit in Chriſtum iam iudicat⁹ ſit,quia non credidit in nomine filii Dei.Iohan.3.qui & ſubdit eũ qui incredulus eſt filio non viſurũ vitam,ſed mortem ſuper eum manſuram. Atque hoc eſt peccatum illud ad mortem de quo in Epiſtola 1.Iohan.cap.6.alioqui teſtatur in Hebræis Apoſtolus,excepto hoc incredulitatis & obdurationis finalis immani crimine nullũ eſſe peccatũ, ne blaſphemiæ quidem prærerquam in ſpiritum ſanctum, quod in eccleſia non remittatur,modo per fidem ad Chriſtum redeamus,in hac hoſtia,& alia nulla, peccata expiari credamus,ſic enim ait cap.3. Videte fratres ne quando ſit in aliquo veſtrum cor malũ incredulitatis,diſcedẽdi à deo viuo, ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, do-

nec ho-

nec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Nam vt subijcit, participes Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus. Non enim vniuersi qui profecti ab Aegypto peccauerunt, sed qui exacerbauerunt audientes, corda obdurauerunt, & increduli fuerunt, ij soli non potuerunt introire propper incredulitatem.

Quanuis quoque pia est sanctorum patrum expositio, qui locos illos Pauli interpretantur, de alia renouatione per baptismum, quàm ecclesia, in qua vnus tantum baptismus est, non agnoscit.

A 2 Constat autem conuersionis post lapsum ratio, vt supra de iustificatione, dictum est, mortificatione, & viuificatione. Verum mortificatio hic non tantum contritionem sed & confessionem, & satisfactionem castigatoriã, de qua infra dicetur, postulat. Describitur enim pœnitentia post baptismum ab Apostolo in hunc modum, vt si dolor seu tristitia secundum Deum. in ijs qui peccauerunt, gignens in eis solicitudinem, indignationem, satisfactionem, timorem, desyderium, vindictam. 2. Corinth. 7.

Efficitur autẽ hæc mortificatio in nobis, nõ tam ministerio legis Moysi quàm lege spiritus vitæ, dum hæc in baptismo nobis insita & peccato rursus obruta, per Euangelii verbum in nobis resuscitatur, cordibus nostris inclamans, memor esto vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac, sin autem venio tibi cito. Apoca. 2. Item, O insensati, quis vos fascinauit non obedire veritati? ante quorum oculos Iesus Christus præscriptus est, & in vobis crucifixus. Et iterum, irritam quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione duobus aut tribus testibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit?

Hæc vox spiritum nostrum, præoccupatum peccato. ad contritionem, & inenarrabiles gemitus reuocat, qui in confessionem tandem erumpunt: & solicitudinem, indignationem, satisfactionem, timorem, desyderium & vindictã pariunt & operantur, de quibus animi motibus dictũ est, in Dauid Propheta, Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies.

Huic

Huic timori ſuccurrit fides,quæ reſpicit in Chriſtum, quem habemus apud patrem aduocatum iuſtum,& qui eſt propiciatio pro peccatis noſtris,nô pro noſtris autem tantum,ſed & pro totius mundi.1.Ioh.2.Vnde & ſaluare in ꝑpetuum poteſt, accedentes per ſemetipſum ad deum,ſemper viuens ad interpellandum pro nobis.Quod maneat in æternum,ſempiternum habens ſacerdotium Heb.7. Bb

Hac fide rurſus innouatio ſpiritus accipitur, & viuificatio mortificationi coniungitur. Sic enim precatur Dauid.Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco,& peccatum meum contra me eſt ſemper. Aſperges me hyſopo & mundabor,lauabis me & ſuper niuem dealbabor.Auditui meo dabis gaudium & lætitiam,& exultabunt oſſa humiliata. Spiritum rectum innoua in viſceribus meis,redde mihi lætitiã ſalutaris tui,&c. Et iterum: Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua. Conuerſus ſum in ærumna mea dum configitur mihi ſpina.Delictũm meum tibi cognitũ feci, & iniuſticiam meam non abſcõdi.Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino,& tu remiſiſti impietatem peccati mei. De hac remiſſione per teſtimonium ſpiritus,quemadmodum in iuſtificatione,certi reddimur:ſacramento pœnitentiæ cuiusvis in abſolutione conſiſtit,accedente, de quo poſtea dicendũ erit.Hactenus de pœnitentia poſt lapſum, quę in ſola eccleſia Chriſti agitur,& remiſſionem obtinet peccatorum.

Collocutores ꝑteſtantium de hoc te to articulo ſuum exhibuerunt ſcriptum ſignatum.

DE AVTHORITATE ECCLESIAE in diſcernenda & interpretanda ſcriptura. IX.

Ecclesiæ ergo authoritas cognoſcenda & requirenda eſt. Hæc vero authoritas, vt perſpici poſſit.ſciendum eſt,Deum,vt hanc eccleſiam ſibi compararet, principio vſum eſſe miniſterio verbi vocalis non ſcripti, quod quaſi per manus tradi & communicari voluit.Quemadmodum & Chriſtus apoſtolis ſuis mandauit,vt irent in mundum vniuerſum & prædicarent Euangelium omni creaturæ.Quo tamen vocali, & externo verbo Deus non aliter vtitur,quàm inſtrumento,quo internum illum affatum exhibet,quo ſolo aperiuntur corda.

Poſtea Dei beneficio addita eſt ſcriptura, tũ vt huma

næ imbecilitati in obliuionem & errorem procliui, tum diaboli fraudibus, qui verbum excutere nunquam nõ molitur, succurreretur.

Cc Quia vero, vt dictum est, Deus sciebat futurum esse, vt diabolus viuum illud verbum comparato in id, omni astu corrumpere satageret, & quod homines in hoc subornaret, qui transfigurantes se in angelos lucis tum scripturas adulterinas, quibus diuinam & apostolicam authoritatem arrogarent, sub ipsorum etiam apostolorum nominibus ederent tum qui apostolicas in suam ipsorum perditionem deprauarent, vinculum quoq; charitatis, quod in eis esset, iniquis discessionibus rumperent, idcirco ecclesię suam authoritatem eandemque duplicem constare voluit.

Principio apud Ecclesiam esse voluit authoritatem iudicandi inter scripturas, & discernendi Canonicam à non Canonica, quę & suo tempore apud synagogã fuit postea per Christum in Ecclesia confirmata: qua saluberrimus ille Canon Ecclesiasticus constitutus est, qui sanctam scripturam Canonicam tam veteris q̃ noui testamenti, certis terminis, & certis prophetarum & apostolorum libris contineri definiuit, ac eminentiam istam Canonicam sacrarum literarum cæteris libris ademit, quæ per successionem Episcoporum & propagationem ecclesiarum tanquam in sede quadam sublimiter constituta est, cui seruiat omnis fidelis & pius intellectus, vt omnino dubitari non liceat, sit ne verum seu rectum, quicquid hęc scriptura continet. Ad hanc Ecclesiæ authoritatem respicit & illud Augustini. Euangelio non crederem nisi me Ecclesiæ Catholicæ commoueret authoritas.

Quæ tamen authoritas in discernendo tantum veras scripturas à falsis sita est. Nam omnem scripturam, quę in Ecclesiasticum Canonem, vt vera ac diuina semel recepta est plane immobilem esse constat, & omni authoritate humana longe maiorem, de qua dixit Christus, quod solui non possit. Vt frustra & irreligiose disputetur, num authoritas Ecclesiæ scripturis anteferenda sit: nũ Ecclesia abolere seu mutare possit tradita in verbo Dei: num statuere quid possit contra verbum Dei. Verum cum docente Apostolo Petro omnis prophetia scripturæ ꝓpria interpretatione

tatione non fiat,quod non humana voluntate allata sit aliquando,sed spiritu sancto inspirati,sic locuti sunt homines,voluit quoque Deus vt authoritas interpretandi scripturas apud Ecclesiam,quæ spiritu suo regitur,esset,vt idé qui scripturę author est spiritus, eius etiam sit interpres, vnde dominus legitur Lucæ vltimo,apperuisse discipulis mentem,vt intelligerent scripturas.

Non est autem hæc authoritas apud vllum priuatum requirenda, sed ad totam Ecclesiam,& ad cōmunem consensum omnium piorum recurrendum est,quæ est,vniuersalis testificatio spiritus sancti,firmamentum veritatis. In quam sententiam dixit Apostolus.1.Timoth.3.Ecclesiam esse columnam & firmamentum veritatis. Summa enim authoritas interpretandi scripturas cui contradici non liceat,non apud singula membra,sed apud totam ecclesiam residet,quæ non solum germanos sacræ scripturæ libros à suppositiciis discreuit,sed & germanam scripturæ interpretationem in necessariis tradidit. Qualia sunt,quod patris,filii & spiritus sancti eādem naturam & essentiam tres personas,& in Christo domino duas naturas &vnam personam confitemur. Hęc enim& plæraq; alia magis scripturarum interpretatione explicata,quàm ipsarum scripturarum verbis expressa,ipsis tamen scripturæ verbis implicita,omnis Catholica recepit Ecclesia.

Hinc est ꝙ Athanasius ait Ecclesiasticæ semper mos est disciplinæ , quando hæreticorum noua doctrina exurgit,contra insolentes quæstionū nouitates rebus immutabiliter permanentibus,nominū vocabula immutare,& significantius rerum naturas exprimere,quæ tamen existentium causarum virtutibus , congruant , & quæ magis easdem antiquitus fuisse demonstrat,non ortus nouitaté mensurant. Hæc ille. Et præclare Ireneus, si,inquit,de aliqua quęstion dubitatio est,oportet ad antiquissimas recurrere ecclesias , in quibus conuersati sunt Apostoli,& ab eis de proposita quæstione sumere,quod certum est. Quid enim vt subijcit , si neque apostoli quidem scripturas reliquissent nobis , sequi nónne oportebat ordinem traditionis, quem tradiderunt hi,quibus committebant ecclesias? cui & barbari assenserent,sine attramentò scriptam habentes

per spi-

per ſpiritum in cordibus ſuis ſalutem.

Huius autē authoritatis,quam eccleſia circa ſcripturę interpretationem obtinet,in communi illo & vniuerſali perpetuo conſenſu ſitam in primis ſydonos,deinde Eccleſiaſticos ſcriptores omnium temporum,qui tamen ſuſpectæ fidei non ſunt,idoneos teſtes eſſe conſtat,cum vnanimiter tradunt ac docent doctrinam aliquam ab apoſtolis in nos vſque profectam,eſſe in eccleſia ,ſemper receptam fuiſſe,quæ & ſcripturis conſentanea ſit.

Porro huic vero & perpetuo conſenſui , cui ſynodi & patres concors teſtimonium ferunt,obtemperare debem⁹ Sed ita,vt eccleſia illi obtemperandum eſſe cenſuit. Differunt enim quæ communi conſenſu tradita ſunt. Quædā enim eorum dogmata ſunt plane neceſſaria,quædam non item , quæ ſcilicet pro ratione temporis inſtituta mutari poſſunt.Quamobrem conſenſum iſtum communem ſecūdum rationém,qua loquitur nobis , & in illum finem in quem reſpicit , accipere debemus,ne in ſcriptura impingamus, néve dogmata , quæ Baſilius libro de ſpiritu ſancto ἄγραφα vocat cū neceſſarijs dogmatibus de fide confundamus.Neq; enī par debuit haberi ratio prohibiti eſ⁹, & ſuffocati ſanguinis atque interdictæ fornicationis,tam etſi illud eadem authoritate qua iſtud,decretum,& multo tempore in eccleſia cōmuni omnium conſenſu, receptum atque adeo ſynodorum Canonibus firmatum ſit. Ad tempus enim neceſſarium hoc iudicatum eſt. Quamobrem ſine religionis præiudicio obſoleuit.ſed illud perpetuū eſt, quod diuina lege expreſſum ſit,neque fornicarios, neque adulteros regnum Dei poſſeſſuros. Acto.15. 1. Cor. 6.

Cæterum vbi ſcriptores,variant liberum habet lector auditórve iudicium quid approbet vel improbet, ita tamē ne quis temere ſibi confidat,ſed in rebus dubiis doceri magis cupiat quàm docere:& vbi neceſſarium videbitur iudicium de ambiguis Eccleſiæ deferat iuxta illud Apoſtoli. Cæteri diiudicent.1.Cor.14.nā & ſpiritus per Eccleſiam probandi & dijudicandi.nec ſtatim ſingulis permittendū ſcripturas in quibus ſunt multa difficilia intellectu,ꝑ ſuo ingenio interpretari.2.Petri vltimo.Eſt autem vniuerſalis eccleſiæ perpetuus conſenſus & orthodoxorum generalium

ralium

talium conciliorum,quibus pridem omnes Ecclesiæ assen sum præbent,ac authoritas, à particularium Ecclesiarum & synodorum authoritate diserte discernenda. Hoc enim vniuersalis ille consensus,ac admirabilis in vnam eandēq; doctrinam, conspiratio proprium habet vt eius interpretationi standū sit,quod notis infallibilib⁹ nitatur,quę sunt promissiones diuinæ de spiritu veritatis, Ecclesiæ inquam defutura doctrinæ concordia,& cum scripturis cōsensio. Quæ vtraq; signum sunt spiritus, qui vnitatis dicitur non dissensionis,vt omnis verę interpretationis,ac salutaris orationis dictator & author est. Hæc consensio Ecclesiarum est etiam piorum sanctimonia, miraculis,& sanguine martyrum comprobata.

Cęterum Ecclesię particulares authoritatem quidē habent scripturas conferendi, scrutandi atq; etiā interpretādi. Iohan.5. Act.17. sic tamen,ne pugnet cum perpetuo illo cōsensu,atq; dum variant sententię,particulares Ecclesiæ minores ad maiores & plures,plures deniq; vbi necessum erit,ad vniuersalem ecclesiam referant,quod fieri debet per cœtus, qui in synodis conuenient, quarum aliæ sunt Episcopales,aliæ prouinciales, aliæ nationales, aliæ vniuersales.

Atque hactenus de nota verbi dictum sit.

DE SACRAMENTIS. X.

Secundum signum quo Ecclesia dignoscitur,sacramēta sunt,& illorum legitimus vsus, constat enim sacramenta duabus potissimū de causis diuina authoritate instituta esse,vna vt essent signacula & velut tesserę quędā huius magnæ congregationis,quæ est Ecclesia. Nā vt Augustinus, inquit, in nullum nomen aut verum aut falsum coagulari homines possunt,nisi aliquo signaculorum, vel sacramentorum visibilium consortio colligantur. Quamobrem dominus Iesus Christus leni iugo suo, & leui sarcinæ nos subdens,sacramentis numero paucissimis obseruatione facillimis,significatione præstantissimis, societatem noui populi colligauit. Altera,vt sint certa & efficacia signa voluntatis & gratiæ Dei erga nos,& proinde nō signa,vt tantum signent, sed vt sanctificent, & nos de accepta gratia certos efficiant,vtq; in nobis fidem excitent,

& ad mutuã dilectionẽ,ſanctos & Chriſtianos mores, pro uocent,& inhortentur.

Recte ergo deſcribitur, ſacramentũ eſſe ſignũ viſibile inuiſibilis gratię Dei. Eſt enim tale ſignũ,quod in ſenſum externum incurrens,admonet & erudit nos,vt quod foris in ſpecie viſibilis geri cernimus, intus per virtutem effici credamus.

Cõſtat vero ſacramentum duobus,elemento ſenſibili, vti ſignaret verbo, quod dum accedit ad elemeutum, fit ſacramentum.

DE SACRAMENTO ORDINIS. XI.

IAm quia Deus miniſterio verbi Euangelium ſuum, & per Euangelium certitudinem ſalutis in omnes gentes propagare voluit, ordinẽ inſtituit,primũ ne ſi quilibet hoc munus præter omnem delectum vſurparet, doctrina fieret incerta, & tanquam paruuli fluctuantes, circumferremur omni verbo doctrinæ in nequitia hominum,per aſtutiam ad circumuentionem erroris. Ephe. 4.

Deinde vt certi eſſemus miniſterium verbi & ſacramẽtorum non eſſe metiendum ex perſonis miniſtrantiũ, ſed ex authoritate diuina. Chriſtus enim à miniſtris hanc in ſe transfert, dicens, ſicut me miſit pater & ego mitto vos. q̄ vos audit, me audit, q̄ vos ſpernit,me ſpernit, Deniq; vt ſciremus non eſſe priuato iudicio abrogandã authoritatẽ miniſtris ob malam tantum vitam, quamdiu doctrinam Chriſti & ſacramenta vitæ adminiſtrant,& ab eccleſiis tolerantur:ſed legitimæ ordinationi,quamlibet eam mali ad tempus occupent, ſuam authoritatem non eſſe datrahendam. ſicut ſcriptum eſt,ſuper cathedram Moyſi, ſederunt ſcribæ,& phariſæi:quæcunque dixerint vobis facite.

Hanc ordinationis vim,atque adeo ordinem, eſſe ſacramentum in eccleſia diuinitus inſtitutũ ignorantes Donatiſtæ,fœdiſſime lapſi ſunt, quos beatus Auguſtinus validiſſime reuincit,ac confutat.

Ff Verbum huius ſacramẽti eſt, quo nos Chriſtus de authoritate miniſtrorum,& efficacia miniſterij certos facit, ſicut,inquit,miſit me pater & ego mitto vos. Accipite ſpiritum ſanctũ,quorũ remiſeritis,&c. Item, Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ.

Item,

Item, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eas.

Elementum verò huius ſacramenti, ſecundum genera G
lem eius rationem, eſt impoſitio manuum Epiſcopalium, qua ſignificatur, electos confirmari in opus miniſterij, & accipere poteſtatem prædicandi verbi, conſecrandi Euchariſtiam, adminiſtrandi ſacramenta, ordinandi omnia in eccleſia, ad ædificationem: & coercendi rebelles ac criminoſos.

Vis autem huius ſacramenti complectitur poteſtatem ordinis & iuriſdictionis. Poteſtas ordinis, miniſteriū verbi, adminiſtrationem ſacramentorum, & eccleſiarum ordinationem ac ædificationem. Iuriſdictio verò poteſtatē excōmunicandi, & reſipiſcentes abſoluendi continet.

Sunt autem in eccleſia alij maiores, alij minores ordines, qui ſunt presbyterorum, diaconorum, ſubdiaconorū, acoluthorum, lectorum, exorciſtarum, & oſtiariorū, quorum omnium legitimus vſus, & adminiſtratio, ad veteris eccleſiæ regulam & morem reſtitui petuntur.

Cæterum inter Sacramenta, quæ in eccleſia publico miniſterio exhibentur, & quibus gratia fidelibus diuino munere confertur, hoc differentiæ habendum eſt, quod quædam auguſtiora & magis principalia ſunt, veluti Baptiſmus, ordo, Euchariſtia, & abſolutio, ſine quibus Eccleſia non conſiſtit. Quædam vero in hoc data & inſtituta ſunt, vt ſint quidem ſacra ſymbola in ſubleuationē & medicinā humanæ infirmitatis, at non neceſſaria vt illa priora, quāquam valde vtilia & ſalubria, modo tamen religioſe & pie adminiſtrentur & accipiantur.

DE SACRAMENTO BAptiſmi. XIII.

Baptiſmi Sacramentum mandatum Domini, & diui- Hh
nam promiſſionem habet, quæ his verbis continetur: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Matt. 28. Et, qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit. Mar. 16.

Elementum verò eius ſecundum generalem baptiſmi Ii
rationem eſt aqua, iuxta illud Chriſti. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nō poteſt introire ī regnū

Dei. Iohã. 3. Est enim Baptismus lauacrum aquæ in verbo vitæ. Ephe. 5. quo non carnis sordes abijciuntur, sed quo fit, vt bona conscientia bene respondeat apud deũ per resurrectionem Iesu Christi, qui est in dextera Dei deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficiamur. 1. Pet. 3.

Vis ergo Baptismi in his, qui rite & non ficte accedũt, est diuina virtute ab omni peccato mundari, & per spiritũ regenerationis ex filio iræ effici filium Dei. Tit. 3. cõmori & cõsepeliri Christo, & resurgere cum Christo in vitæ nouitate, vt consepulti cum illo, & participes facti mortis eius, participes quoq; resurrectionis eius simus, nouam vitam non nostra, sed diuina virtute, qua ille excitatus est, nobis per spiritum communicata, in nobis inchoantes. Roman. 6.

Confert verò baptismus iustificationem, & de ea nos plane certos facit vt Paulus Galat. 3. testatur. Quicunque inquit, in Christo baptizati estis, Christum induistis.

Hæc baptismi vis rememoranda & exercenda est tota vita, vt homo Christianus mortali huic moriatur vsui, vt abrenuncians mundo & diabolo, seipsum abneget, vt in deo respiret, & nouam vitam meditetur, donec hoc mortale induat immortalitatem, & caro per infirmitatem sepulta resurgat in gloria. 1. Corin. 15. Resurrectionis enim nedum spiritualis, sed & carnis, quæ futura est, baptismus pignus est & imago. Quemadmodum Ambrosius in cap. 6. ad Romanos docet.

Docendum etiam est, ecclesiam mandatum ab Apostolis accepisse baptizandi paruulos, esseq; non solum adultis, sed etiam paruulis baptismi gratiam necessariam ad salutem, quod & in illis genuinæ sordes peccati sint, quæ per aquam & spiritum aboleri debent, iuxta illud Euangelij. Nisi quis renatus &c. Ad quos etiam promissionem Euangelij pertinere constat, quam impossibile est pertinere ad eos, qui non sunt Ecclesiæ inserti per baptismum, & damnandi sunt fanatici Anabaptistæ, qui paruulorum baptismum non recipiunt, & paruulos sine baptismo saluos fieri affirmant.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS. XIII.

Post baptisma succedit sacramentum confirmationis, Kk quod etsi non sit necessitatis ad salutem, verbo Christi tamen innititur, quo promisit patrem rogantibus se daturum spiritum sanctum. Elementum vero est, manuum impositio, ad quam etiam apostolorum tẽpore spiritus sanctus sensibiliter descendit in fideles. Postea cum, amplificata Ecclesia, donum illud diuersitatis linguarum non esset amplius ad astruendam fidem necessarium, remansit tamen manuum impositio: & authoritate quoq; ecclesiastica surrogatum est symbolum Chrismatis, quo inuisibilis & interior vnctio spiritus sancti, fidem Christi post Baptisma professis denotaretur, vt testantur patres.

Vis ergo sacramenti est, vt qui eo symbolo cum fiducia verbi & gratiæ Christi, quemadmodum in alijs sacramentis, confirmantur, intelligant ac credant se accipere spiritum sanctum, quo solo in via salutis progredi, perseuerare, & tentationibus & insidijs carnis, mundi, diaboli, feliciter resistere possint.

Et quia nunc infantes omnes baptizãtur, & ad Baptis- Ll ma fidei professionem per se non edunt, conueniet vt pueri, postquam catechizati, & de religione Christi instituti, ad confirmationis sacramentum percipiendum adducantur, fidem Christi & obedientiam Ecclesiæ suo etiam ore profiteantur, quemadmodum in cõcilio Aurelianensi Canone tertio (qui habetur de consecratione Distin. 5. capite vt ieiuni) constitutum est, vt tamen hinc aliarum Ecclesiarum mos hactenus obseruatus non damnetur, donec cõcilio generali super eo statuetur.

DE SACRAMENTO EVCHARISTIÆ. XIIII.

Evcharistiæ sacramentum verbum habet, qui est omnipotens Christi sermo, cuius virtute hoc sacramentum conficitur, & quo fit vt post consecrationẽ verum corpus & verus sanguis Domini vere & substãtialiter adsint, & fidelibus sub specie panis & vini, illis nimirum, hoc est, pane & vino, in corpus & sanguinẽ domini transmutatis & transsubstantiatis, distribuantur, qui habet in hunc mo-

dum. Accipite & manducate ex hoc omnes, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et ad calicem. Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.

Elementum verò est panis & vinum, ad quæ cum accedit verbum, fit sacramentum. Duobus enim hoc sacramentum conficitur: Visibili Elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine, quę hoc sacramento vere & realiter participamus.

Vis huius sacramenti est, vt per viuificatricem carnem saluatoris nostri Iesu Christi ei nedum spiritualiter, sed & corporaliter iungamur, & efficiamur os de ossibus eius, & caro de carne eius certificati quod in ipso Christo Iesu acceperimus remissionem peccatorum, & in sacramento virtutem restinguendi concupiscentiam in membris nostris hærentem. Dulcissimum certe pignus remissionis peccatorum, vitæ æternæ, & societatis cum deo nobis in Christo promissæ & exhibitæ.

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ SEU ABSOLUTIONIS. XV.

Mm HVius sacramenti verbum Mat.18. quæ ligaueritis super terram, erunt ligata in cœlis, & quæ solueritis, erunt soluta in cœlis &c. Et Iohan.20. legimus. Hæc inquit Euang. cum dixisset Iesus, insufflauit in Apostolos & dixit eis: Accipite spiritum sanctum quorũ remiseritis peccata remittentur eis, & quorũ retinueritis retẽta erũt. Verbum sane omni suauitate plenum & redundans, quo mirifice eriguntur conscientiæ lapsorum post baptismũ, quibus impij Nouatiani pœnitentiam in Ecclesia dandã esse, blasphema in Dei misericordiam voce negauerunt.

Elementum verò est ritus ille exterior, quo impartitur & accipitur absolutio in verbo Christi. Et quoniam sacerdotes in hoc sacramẽto medicos agunt spirituales, qui conscientias & peccatorum & vitiorum laqueis implicitas expedire, & mole iræ dei pressas consolari & erigere debẽt idcirco peccata saltem lætalia, quorum quis sibi conscius est, & quæ conscientiam perplexam tenent & angunt, cõfitenda sunt. Iustum quoque & sanctum est, vt ad minimum quotannis semel quilibet se curationi pastoris subiiciat.

Hic protestantes

ciat,quo pastor fidem & conuersionem confitentis exploret:& pro sua spirituali prudentia, & prudentia arbitrio, ex verbo Dei informando, morbis confitentis salutarem medicinam adhibeat. Huc enim respicit parabola de Samaritano Lu.10.

exhibuerunt suum scriptum signatum C.

Vis autem huius sacramenti est,vt intelligant, ne dubitent,qui eo signo à peccatis,quæ iam legitimè confessi sunt, absoluuntur & ecclesiæ reconciliantur,se peccatorum vinculis liberari,& Christum in cœlis ratum habere, quod minister eius nomine gerit in terris. Et quoniam potestas clauium se latius quàm ad remissionem peccatorum porrigit, de ijs postea fusius dicemus.

De satisfactione quoque docendum est, satisfactionem propitiatoriã culpæ, & abolitoriam æternæ pœnę soli Christo tribuendam esse, Satisfactionem verò Canonicá quę & castigatoria dici potest, à parrochis & præpositis sacramentorum acceptam, & ex fide peractam, præteritorum peccatorum causas excindere, & peccati reliquiis mederi, temporariam quoque pœnam seu tollere seu mitigare. In exemplum denique adhiberi. Cæterum pœnarum reseruationẽ neminem ad integrũ nosse nisi Christum Iesum, cui pater omne iudicium dedit, & propterea pœnarum discussionem,& exactum iudicium,soli Deo relinquendum esse.

Nn De satisfactione protestãtes exhibuerunt scriptum suum signatũ. D

DE SACRAMENTO MAtrimonij. XVI.

Oo

MAtrimonij sacramentum solis Christianis peculiare est,qui sciunt matrimoniũ, quod in Dei & Christi nomine iungitur,& contrahitur,vnius viri & fœminæ vnius,sanctam & rectam esse coniunctionem,benedictione & consecratione Christi firmatam,quòd non ita in infidelium matrimonio obtinet,Christus enim,sublato Iudaico diuortio,quod genti illi Moyses ob duritiam cordis permisit,matrimonium in primæuam vindicauit puritatem. Matth.19. Id quod etiam intimæ illius sui & ecclesiæ coniunctionis sacrum symbolum esse voluit Ephe.5.

Verbum huius sacramenti situm est in sermone Christi,dum inquit:Qui fecit hominem ab initio,masculum,& fœminam fecit eos,& dixit: propter hoc dimittet homo

patrem & matrem,& adhærebit vxori suæ,& erunt duo in carne vna. Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo deus cõiunxit,homo non separet. Et paulo post,Moyses ob duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio aũt non fuit sic. Quamobrẽ quicunq; dimiserit vxorem suã,nisi ob fornicationẽ,& aliam duxerit,mœchatur. Quod Apostolus 1.Cor. 7. interpretatur, cũ ait: His qui in matrimonio iuncti sunt,pręcipio.non ego,sed dominus,vxorem à viro non discedere,quod si discesserit, manere innuptam.aut viro suo reconciliari.

Elementũ huius sacramenti,est exterior illa viri & mulieris cõiunctio, qua in Dei nomine & Christi in ecclesia copulãtur. Quod Paul⁹ vocat nubere in domino. 1. Cor. 7

Vis ergo sacramenti est, vt intelligant coniuges se nõ humana,sed diuina authoritate coniunctos, gratiam accepisse,qua ipsis legitimus coniugalis congressus nõ imputetur ad culpam,qua & Christianus gentilẽ coniugem secũ manere eligentem sanctificet,& sanctos,hoc est,Deo dicatos filios exuscitet, qua deniq; perpetuam fidem coniugi seruet, vt sint duo in carne vna, vt Christus & ecclesia. Tob. 3. & 6. Hebr. vlti. 1. Cor. 7. Ephe. 5. Huius sacramenti vim ignorantes Manichęi & Tatiani,qui & Eucratitę, matrimonium ex doctrina dæmoniorum prohibentes, apostolica censura damnati sunt. 1. Tim. 4.

Quæ verò de diuortijs & matrimonialibus iudicijs deliberanda erunt,reseruentur ad reformationem.

DE SACRAMENTO VNCTIONIS infirmorum. XVII.

VNctio infirmorum in Ecclesia vsitata ex verbo Iacobi Apostoli desumpta est. Hic enim Apostolus,haud dubium non suo nomine, sed vt seruus Iesu Christi vobis tale mandatum reliquit. Infirmatur quis,inquit,in vobis? inducat presbyteros vt orẽt super eum,vngentes eũ oleo in nomine domini,& oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum dominus: etsi in peccatis sit,remittentur ei. Iacob. 5. in quo situm est huius sacramenti verbũ quod fide apprehenditur. Oleum vero est huius sacramenti elementum, quo significatur ægroto, quod morbo suo infirmitate corporis delassatus respirare debeat in vno Christo,

sto,qui est vnctus oleo lætitiæ præ omnibus participibus suis,vt cogitet se veluti athletã aliquem in extrema pugna constitutum in nomine domini inungi ,ne vlla vi morbi nullisve diaboli insultibus succumbat,sed confortatus fide,carnẽ,mundum & satanam sub pedibus velociter conterat,idque in illo,in quem vngitur. Christo.

Ad hoc ergo hæc vnctio adhibetur cum oratione , vt infirmus in fide,& Ecclesiæ oratione confirmatus, confidat se à deo velut viuũ Ecclesiæ membrũ respici & exaudiri,vtque velut fortissimus miles inuictam spem sumat de aduersis omnibus in Christo triumphandi,vt deniq; certa fiducia,siue moriatur,siue reconualescat,æternam salutis promissionem infallibilis Dei,non aliter,atque certissimæ anchoræ innixus complectatur & expectet.

DE VINCVLO CHARITATIS, quæ est tertia Ecclesiæ nota. XVIII.

Tertia nota,qua dignoscitur ecclesia,est vinculũ charitatis,& pacis, Ephe. 4. inter cætera ecclesiæ charismata lõge prẽstantissimũ, 1. Cor. 13. quod vt in ecclesia firmum constaret,vocauit nos initio De⁹ per baptismũ vnitatẽ corporis mystici,vnoq; quẽ cœlitus demissum hausimus,spiritu nos potauit,vt scilicet inuicẽ essem⁹ mẽbra. Pp.

DE ECCLSIAE HIERARCHICO ordine,& in constituenda politia authoritate. XIX.

Sic autem corpus istud Mysticum,& multis mẽbris coagmentatum temperauit,vt vnum alterius operat indigeret , & quod præstantius , & nobilius est,ignobilius , & infirmius non despiceret , quo nullum esset in corpore schisma,sed in idipsum solicita sint mẽbra,vt si quid patitur vnum membrum , compatiantur cætera siue honorificetur vnum membrum , congaudeant simul & omnia membra.

De hoc toto articulo exhibuerũt protestantes suum articulum de vnitate ecclesię signatũ. E.

Vnicuique ergo membro data est gratia secundũ mensuram donationis Christi. Nam etsi idẽ sit spiritus, tamen diuisiones gratiarum sunt:idem sit domin⁹,diuisiones ministeriorũ sunt:idem sit Deus,qui operatur oĩa in omnibus,diuisiones tamen operationum sunt. 1. Cor. 12.

Itaque ipse dedit quosdam Apostolos,quosdam autem prophe-

prophetas,alios vero Euangelistas,alios verò pastores & doctores ad instaurationem sanctorum in opus ministerij,in ædificationem corporis Christi,donec perueniam' omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei in virum perfectũ,in mensurã ætatis plenæ adultæ Christi, vt iam non simus paruuli fluctuantes,& non circũferamur omni vento doctrinę,per versutiam hominum,per astutiam qua nos adoriuntur vt imponant,nobis veritatẽ autẽ facientes in charitate crescam' in illo,per omnia qui est caput Chr i stus,ex quo totum corpus compactum & connexum, per omnem iuncturã subministrationis, secundum operationem in mensura vniuscuiusque mẽbri,augmentum corporis facit in ædificationem sui per charitatem. Ephe. 4.

Quamobrem,vt D. Cyprianus inquit, Ecclesiæ vnitas firmiter tuenda & vindicanda est,maxime ab Episcopis, qui in ecclesia Apostolorũ loco pręsident,vt episcopatum quoque ipsum vnum atq; indiuisũ probemus. Episcopatus siquidem vnus est,cuius à singulis in solidum pars tenetur Ecclesia vna est,quæ in multitudinem, latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo solis multi radij, sed lumen vnum, & rami arboris multi, sed robur vnum tenaci radice fundatum.

Proinde quoque Christus quanuis apostolis omnibus vt idem Cyp. ait,post resurrectionem suã, parẽ potestatẽ tribuat,tamen vt vnitatem manifestaret,vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua authoritate disposuit: hoc enim vt subiicit,erant vtique cæteri Apostoli, quod fuit Petrus pari consortio præditi & honoris & potestatis. Sed exordiũ ab vnitate proficiscitur,vt ecclesia vna monstretur. Hactenus ille.

Hinc scripturæ Petrum veluti verticem,& os,& principẽ apostolorũ describunt,cui Christus nedũ potestatem sed & nomen suum communicauit,etsi non ipsi soli,sed tamen ipsi principaliter cum aliis: vt vnitas ecclesiæ insinuaretur præcipuam solicitudinem,dũ ei pascendas oues committeret, Iohan. 21. imposuerunt, & curam confirmandi fratres in ædificationem & robur ecclesiæ iniunxit., Lucæ. 22. Quam & statim in exordio ecclesię suscepisse videtur. Quemadmodum in actis Apostolorum legimus Capite nono

te nono, quod transiuerit & inuiserit vniuersos, quam tamen non in destructionem eorum, quæ cæteri bene ædificassent, sed in confirmationem magis contulit, cum scilicet agnosceretur Euangelium per cæteros prædicatum per omnia respondere Euangelio sui apostolatus: atque adeo vnum, & idem Euangelium omnium esse, quę & Paulo fuit causa proficiscendi Hierusalem, & conferendi Euangelium cum Petro, Iacobo, Iohanne. Galat. 2. Non quod Euangelium per Paulum prædicatum, id quod à solo deo acceperat, ab illorum authoritate penderet, sed vt illi eandem prædicationis gratiam in Paulo agnoscentes, dextras ei societatis, quod est concordiæ & conuenientiæ signum, darent, & eo signo ecclesias in fidei & charitatis vinculo confirmarent, vt inter cæteros Tertullianus testatur.

Et quia Christus hanc ecclesię vnitatẽ hierarchico ordine vsq; ad finem durare voluit, idcirco in locũ Apostolorum diuina nimirum dispensatione, successerũt Episcopi, qui singuli singulis ecclesiis vt Hieronymus inquit, in schismatis remedium propositi sunt ne vnusquisque ad se trahens ecclesiam Christi, vnitatem rumperet. Inter Episcopos quoq; cuiusq; prouinciæ vnus Archiepiscopus qui & Metropolitanus. & inter Metropolitanos, Patriarchæ seu Primates constituti sunt, qui initio tres tantum numerabantur. Quorum Romanus veluti cathedram Petri vicaria successione obtinens, Primas iudicatus est, nõ quod dignitate sacerdotij cæteros antecelleret, sed magis amplitudine sollicitudinis, & prærogatiua iurisdictionis, vt ecclesiæ vnitas conseruaretur, anteiret. Hoc ordine ita custodito, & per legitimam successionem Episcoporũ conseruato, vinculum illud charitatis omnibus charismatibus supereminens in primis firmatur. Quod Ireneus ĩ libro. 3. & 4. contra hæreses sæpe testatur ac docet. Cæterum vt vinculum illud charitatis, quod, vt Augustinus inquit, proprium est catholicæ ecclesiæ donum, commodius retineretur, Christus ministris & ecclesiæ suæ potestatem fecit, politiam ecclesiasticam ordinandi, qui in piis cæremoniis & disciplina ecclesiastica cõsistit. Iã quod ad cæremonias attinet

as attinet,mandatum habent & poteſtatem, qui præſidēt, nedum cæremonias,quas ad excitandam retinendamque pietatē facere arbitrabuntur,ordinis & decoris cauſa conſtituendi:ſed & ritus externos in diuinis literis expreſſos ad fidei & charitatis regulam dirigendi ac exhibendi, ac prout,ſecundum temporum ac locorum rationem,fidelium ſaluti expedire & ſufficere nouerint diſponendi ac moderandi,quo ſpectat illud Euangelij. Quia dominus eſt filius hominis etiam ſabbati. Lucæ ſexto. Item de diſciplina (quæ à claue iuriſdictionis pendet,& ſine qua euangelicus vigor in eccleſia non ſubſiſtit)conſtituenda ac diligenter retinenda,præſides: ac obediendi præpoſitis,ſubditi mandatum habent. Heb .13.1.Cor.11.

Sic tamen,vt hæ cæremoniæ & diſciplina hoc fine in Eccleſia inſtituantur,& adminiſtrentur,non vt in illis fiducia ſalutis,quæ in gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cōſiſtit,reponatur. Hoc enim eſſet Deum fruſtra colere mandatis hominum, contra mandatum domini. Matth. 15. & Eſaię 1. Sed tantum vt ſint incitamenta & retinacula pietatis,vt omnia in Eccleſia pię,decenter,honeſte,& ordine fiant. 1. Corin.14. Quæ tales quoque erunt, ne vllatenus ab Euangelica puritate & ſimplicitate diſſentiant,néve laqueum conſcientijs inijciant,& Chriſtianæ nihil derogēt libertati. 1. Corinth. 7.

Libertas autem Chriſtiana in hoc potiſſimum ſita eſt, vt qui gratia Chriſti Ieſu,& donatione ſpiritus ſancti à coactione legis liberati ſumus,vltro facientes,quæ lex moralis præcipit,ſciamus iuſtitiam noſtram,quæ ſpiritualis eſſe debet,ab externis obſeruationibus non pendere, eas ſicut propter retinendam & fulciendam fidem infirmorum, & charitatem inſtitutæ ſunt,ita charitati cedere debere, atque etiam ſi res ita poſtulare videtur,ſine peccato omitti poſſe. Ita tamen ſi abſit & ſcandalum & contemptus. Luc. 6. Tunc enim ſemper plus illud valet,miſericordiam volo,& non ſacrificium. Mat.12. Hactenus de eccleſiæ notis & authoritate generatim dictum ſit.

DOGMATA QVAEDAM, QVAE eccleſiæ authoritate declarata,firmata ſunt. XX.

Cæterum

CAeterum quædam etiam speciatim recensenda sunt, quæ hac authoritate, qua ecclesia tum in dijudicādis scripturis & dogmatibus, tum in conseruanda politia vtitur, firmata sunt & constituta. Ex prima illa itaque authoritate, qua ecclesia de scripturarū interpretatione, intellectu, & mente iudicat, sunt sequentia dogmata, & explicationes veluti diuinitus traditæ, vt sunt Symbolum apostolorum, de consubstantialitate Trinitatis, de equalitate personarum de duabus naturis, & vnitate personæ in Christo de duplici voluntate in Christo, de peccato originali, de baptismo infantum, & similes.

Hac quoque authoritate receptum est, sanctos, qui ad vitam futuri sæculi præmissi sunt, veluti nobilissima Ecclesiæ membra, quos pater cœlestis filios agnoscit & honorat, Iohan. 12. Filios vt fratres ac cohæredes habet, Roman. 8. Spiritus sanctus templa sua vocat. 2. Corin. 6. laudandos: ac eorum memoriam, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consociemur, religiosa sollennitate celebrandam esse, quemadmodum Augu. habet, contra Faustum Manichæum, lib. 20. ca. 21. Et paul' ad Heb. 13. Quorum inquit, intuentes exitum conuersationis, imitemini & fidem. Sentit enim ecclesia (nec destituta quidem in hoc scripturis) sanctos miro desiderio salutis nostrę (vti vnius eiusdemque nobiscum corporis membra, quæ sine nobis consummanda non sunt, Hebræ. 11.) teneri, & proinde eos Deum pro nobis exorare, Deum quoque sanctos pro nobis solicitos exaudire, & propter illos nobis benefacere. Exo. 32. Danie. 3. Et vt non dubium est, sanctis sua esse merita, quæ tamen etiam Dei sunt dona: ita communi Ecclesiæ consensu receptum est, vt pie in hunc modum oretur Deus, quo sanctorum suorum meritis præcibusque concedat, vt in omnibus suæ protectionis muniamur auxilio, non quidem ipsorum meritis ex se, verū per Christum dominum nostrum, cuius gratia & illi seruati sunt, cui etiam omne meritum illi acceptum ferunt.

Nec damnandum est, si quis religiosa quadam pietate & animi quodam ardore in commemoratione tam intimæ nostræ cum illis in Christo vnionis, eos etiam nominatim appellet, sed extra preces quæ ad altare offeruntur: in quibus

R r Dehac pte & super paragra-

pho se-quēti pro testantes exhibue-runt scri-ptum suū de sanctis signatū.

quibus ad solum Deum patrem per Christum dirigenda est oratio, vt habet concilium Carthaginense tertium. Sic tamē vt tota fiducia in solum Christum Iesum omnis boni authorem reponatur, & nihil, quod Deo proprium est, sanctis tribuatur, tantum vero vt conserui, qui iam meruerunt fieri supernorum ciuium consortes, non secus quàm qui nobiscū adhuc in carne sunt, sancti dei homines, adiuuandas nostras preces, apud deum implorentur.

F. S C. Et quia facilis est hominum à vera pietate in superstitionē lapsus, diligenter ac sedulo de his docendi sunt homines, hoc est, de collocanda solum in Deum fiducia, soli Deo sacrificia offerenda, solum Deum vt vnicum salutis nostræ authorem inuocandū, sanctos vero non aliter habendos, quàm sedulos apud Deum precatores, nostræ salutis auidos, eosdemq; non in sua virtute, sed in ipso Deo (cui de illorum victoriis gratiæ agendæ sunt) honorandos, & imitandos,

Præclare certe Augustinus libro.3.contra epistolā Pelagij ad Bonifacium ca.3. non, inquit, constituimus martyribus templa, sacerdotia, sacra & sacrificia, quoniam nō ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus, honoramus sane memorias eorum tanquam sanctorum hominum Dei, qui vsq; ad mortem suorum corporum pro veritate certarunt, vt innotesceret vera religio, falsis religionibus victis atque conuictis. Quis autem audiuit aliquando fidelium, stantem sacerdotem ad altare, etiā super sanctum corpus martyris, ad Dei honorem cultumq; constructū, dicere in precibus: Offero tibi sacrificium Petre vel Paule, vel Cypriane, cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines, & martyres fecit, & sanctis suis angelis cœlesti honore sociauit, vt ea celebritate & Deo vero de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum, & palmarum, eodem inuocato in auxilium, ex eorum memoriæ recordatione adhortemur. Quæcunque igitur adhibentur religiosorum obsequio in martyrū locis, ad ornamenta sunt memoriarum, nō sacra sunt vel sacrificia mortuorum, tanquam Deorum. Hæc ille. De sanctorum martyrū veris reliquiis, ea semper fuit in ecclesia sententia, quod reuerenter & religiose habēdæ essent, primum

mum quod hi sanctorum cineres & ossa veluti quędam relicta nobis pignora,& exuuię,nos eius,quæ in illis fuit,fidei & charitatis commonefaciant, dum scilicet recogitamus hæc eadem ossa illa,quibus compaginatum olim fuit corpus inhabitantis gratiæ domicilium,quibus cohęserũt membra,iampridem templa spiritus sancti fuisse. Qua recordatione fides nostra in Deum,non dubium,excitatur, vt quemadmodum illi per fidem vicerunt regna,& operati sunt iustitiam,ita & nos eundem fidei spiritum habentes,eorum exemplo confirmati,aduersa omnia in domino vincere annitamur . Quamobrem etiam deum tam insignia sæpe miracula ad martyrum memorias,ędidisse compertum est,nimirum,vt fidem suorum incenderet ,& eos ad imitationem sanctorum prouocaret. Nam vt Augustinus:(cum ecclesiam in miraculo ad memoriam beati Stephani facto plaudentem refert) Quid,inquit,erat in cordibus exultantium,nisi fides Christi ? pro qua Stephani sanguis effusus est.

Deinde reliquiarum venerationem in hoc quoq; vtilẽ iudicauit vetustas,quod & futuram resurrectionem tacito quodam affatu nobis promittant , & spem nostram ad futuram glorificationẽ corporis expectãdam erigant, quod certe tum fit,dum recolimus eadem illa sanctorum corpora,quandoq;,etsi immutata,ad vitam excitanda,ac Deum nostrum esse Deum Abrahã,Deum Isaac , Deum Iacob, Deum inquam non mortuorum,sed viuentium,

Sed quoniã hic facile surrepit superstitio, quod plurimus abusus hactenus ostendit,populus diligenter docendus est,nõ fidere reliquiis,nec reliquias adorare,sed in eis tantum exosculari sanctorum fidem, & charitatem , atque hinc vitę & doctrinę recordatione accendi , futuręq; resurrectionis spe fulciri debere.

Verum & hoc interim valde cauẽdum est,ne alię quã verę reliquię , & vera sanctorum martyrum monumenta habeantur,né ve ipsę reliquiæ ad quęstum exponãtur aut circumferantur. Quod ita quoque in multis Synodis constitutum est.

Iam & imaginum vsum non in totum esse damnandũ, communi Ecclesię cõsensu probatur,sed hoc omnino cauendum

uendum,ne illis aliter quàm imaginibus vtamur quod tũ fit,cum ad excitandam modo gestorum recordationem, & historiæ memoriam adhibentur,veluti cum imago saluatoris nostri non ideo statuitur, seu pingitur,vt ipsa quasi Deus colatur vel Christi etiam cultus aliquis ad eam instituatur, sed vt proponatur tamen, ad admonendum homines Christi, & eorum quæ pro nobis passus est, vt in eius amore incalescamus, cuius imaginem videre desideramus.

In primis ergo prouidendũ est,ne vllæ imagines quã verarum rerum & historiarum in Ecclesiam inuehantur. Deinde,ne ad sæculi vanitatem affingantur. Denique, ne in imagines ipsas vlla fiducia collocetur. Nam tum demum sine periculo retinentur, si nihil eis diuinitatis tribuatur, si nulla spes salutis in eis reponatur,sed tantum ad memoriam,& recordationem,veluti quædam trophæa rerum diuinitus gestarum habeantur, & quod imagine repræsentatur,non autem ipsa imago veneretur.

V v
De missa exhibuerunt Protestantes pro. ium scriptum signatũ. G.

Ad hæc omnis ecclesia, Missam,in qua verum corpus & verus sanguis Christi conficitur,sacrificium esse consentit,sed incruentum & spirituale,in ea enim (modo pie & religiose agatur) Deo quattuor spiritaliter offeruntur. Initio enim Christus qui seipsum patri in mortali corpore cruentã sufficientem & bene placentem pro totius mundi peccatis hostiam cruci affixus obtulit idem ille in Missa (quæ est omnium sacrorum sanctissima actio, & publicum in ecclesia ministerium) totius ecclesiæ nomine repræsentatiuo sacrificio, eidem Deo patri immolatur.

Quod certe fit cum ecclesia illum eiusque verum corpus & sanguinẽ Deo patri pro totius mundi peccatis pia prece sistit. Nam etsi oblatio illa in cruce semel facta trãsiit non reiterabilis, victima tamẽ ipsa immolata perpetua virtute consistit, vt non minus hodie in conspectu patris oblatio illa in ijs, qui eam Deo religiosa fide repræsentant, fit efficax, quàm eo die, qua de sacro latere sanguis & aqua exiuit.

In quam sententiam patres corpus & sanguinẽ Christi in altari præsentia, nunc preciũ propeccatis totius mundi, nunc precium redemptionis nostræ, nunc victimam salutarem

lutarem appellare consueuerunt. Et Chrysostomus testatur nos eandem hostiam, quæ semel oblata est, in sancta sanctorum semper offerre, atque vnum esse vtrobique sacrificium, vnum Christum, & hic plenum existentem, & illic plenum, sic tamen, vt quod nos agimus sacrificium exemplar sit illius, in commemorationem eius, quod factum est semel. Nec ab re, Deus enim in hoc donauit nobis Christum Iesum filium suũ, vt de nostris viribus diffisi, deq; nostris peccatis nobis probe conscij, illum veluti vnicam & potissimam victimam pro nostris peccatis satisfactoriam Deo patri repræsentemus. Ipse enim natus est, ipse datus est nobis, vt quicũq; in eũ credimus, non pereamus, sed pacem cum Deo, recõciliati per sanguinem eius habeamus.

Secundo. Ecclesia in hoc Missæ sacrificio seipsam quoq; quatenus Christi mysticum corpus est, per Christũ deo offerre non dubitat. Dum enim ex immolatiõe Christi semel in cruce peracta, spiritualiter agnoscit nos in vniuersum omnes perditos esse, nisi per vnicam illam hostiá reconciliatí seruemur, fit vt vicissim se totam Deo cõsecret, quemadmodum Christus nos omnes in cruce portabat, & totius ecclesię causam gerebat, eam in seipso Deo patri offerens. Sic ecclesia tantam oblationem pia deuotione recolens, se totam per Christum Deo viuo vicissim dedicat. Yy

Et quoniá ramos suos in præterita, pręsentia, & futura tempora extendit, & membra habet non tantum, qui p̃sentem vitam adhuc ex fide viuũt, sed etiam qui cum signo fidei p̃decesserunt. Idcirco in hoc augustissimo sacrificio, quod per publicũ ministeriũ cõsentiente fide peragit, cũ recolit Christum ob id mortuum semel, vt & viuorum & mortuorum dominetur, non se diuidit, sed veluti se totam colligens non solum præsentium, sed & sanctorum, quos iam certo apud Deum viuere nouit, & aliorum quoq; fratrum & sororũ, (qui in domino sed non defecati satis, obdormiuerunt) meminit, ac testatur se in hoc sacrificio vnitatem corporis Christi intelligere: seq; per fidem tũ illorum, qui apud Deum viuunt, societati, suaui communicatione copulari, tum cæterorum omnium in Christo membrorum pia solicitudine & charitate tangi & teneri.

Quamobrem patres testantur, Ecclesiam in eodem sa-

crificio non solum memorias martyrum cum ad excitandam imitationem, tum vt meritis eorum consocietur, religiose celebrare, sed & pro fidelib⁹ defunctis, in vniuersum supplicare atque à Deo horum animas eiusce modi precibus subleuari: qui tamen vt hoc eis post mortem prodesse possit, in hac vita sibi per fidei meritum comparant.

Tertio. In missa sacrificium laudis (quę huius quoque constitutionis finis est) offertur, hoc est, sacrificium fidei, spei, & charitatis, atq; id in primis gratiarum actionem cōplectitur, quam pro illo summo beneficio & nobis & vniuersæ ecclesiæ collato persoluimus, propter quam tremenda & reuerenda ista mysteria, Eucharistia appellantur, quòd sint beneficiorum recordatio plurimorum, caputq; diuinæ erga nos charitatis ostendant, nosq; faciant debitas Deo gratias semper exoluere. Gratiarum actioni communicatio & confessio doctrinæ, obsecrationes, orationes, postulationes & preces pro omnibus hominibus, & pia vota, sacrificia certe spiritualia & Deo grata, coniuncta sunt, quæ etiam in præsentia tanti sacramenti magis efficacia & plus valere censentur, vt enim Cyprianus inquit. In huius veracissimi & sanctissimi corporis præsentia non superuacue mendicant lachrymæ veniam, neque vnquam patitur contriti cordis holocaustum repulsam. Hic Hierarcha pius, eleuatione manuum crucis mysterium repræsentans, confidenter orat pro sua & populi ignorantia. Hactenus ille.

Postremo. Ecclesia & dona quædā, tam panis quàm vini, ex quibus partim corpus & sanguis Christi cōficiebantur, offerebat, partim & eleemosynæ fiebāt. Et iustum est, quod populus in hoc sacrificio se non tantum verbis Deo consecret, sed & symbolo aliquo externo testetur, quod se totum dedicet Deo. Nam is mos in ecclesijs pene abolitus est, cū olim omnibus diebus dominicis panis & vinum, & res aliæ ab omnibus tum viris tum mulieribus ad altare offerebantur, quemadmodum decreta, quę Fabiano tribuuntur, testantur. Iā si Canon ille missæ (quem veteres solennem & prolixam precem super panem & calicem trifarie digestam appellarunt) in hunc, quē diximus, sensum, intelligatur, nihil habet incommodi, superstitiosa tātum absit

opini

opinio:quia quidam,de natura & energia hui⁹ sanctissimi sacrificij male edocti,virtutem eius ex solo externo opere quod facit sacerdos,in se deriuari putabāt,tametsi illi nullam viuam fidem afferrent, nullam pietatem adhiberent, nulla cōmunione,vel precū seu orationis,sacrificio assensum præberent. Quales erant,qui nulla sua nephandæ impietatis & execrandorum flagitiorum habita ratione, in peccandi proposito perseuerantes,se huic sacratiss. ac diuiniss. actioni damnabiliter miscuerunt,persuasi sibi missam solius externi operis,quod sacerdos facit, virtute pdesse. Etsi ipsi nihil probæ mētis afferrent. Quæ opinio damnāda est,atq; etiam tales,si publica sint crimina, à sacris arcēdi,si occulta,vt se à tam tremendis mysterijs,dum resipuerint,subtrahant,docendi sunt.

Hic protestantes exhibuerūt suum articulum de priuata missa signatum H.

DE VSV ET ADMINISTRATIONE sacramentorum,& cæremonijs quibusdam speciatim. XXI.

Sunt ex vna parte,quibus persuasum est,missam peragi non debere,nisi adsint,qui cū sacerdote sacrificante sacramenti corporis & sanguinis sumptione cōmunicēt. Quod eo fine hoc sacramentum primū per Christū institutum & cōmendatū sit,vt vnus panis & vnū corp⁹ multi simus:quod ex vno pane & vno calice participamus,atq; hunc fuisse veteris ecclesiæ morem astruunt.

Sunt ex altera,qui existimant missam etiā pie celebrari,si modo adsint,qui spiritualiter tantum cū sacerdote cōmunicent, & sacrificio consensum præbeant, & si horum quoq; sententia populus docendus, & diligenter admonendus sit,vt quā sępissime cōmunicet,& qui quotidie peccat,quotidie quoq; anhelet ad sumendam medicinā. Atq; hanc sententiam,ne cum veterum quidem more pugnare dicunt,ac etiam putant hunc vsum iustificationi Christi nihil præiudicare,quod sacerdos hoc publicum in ecclesia ministerium gerens,se omnibus, qui toto terrarum orbe hoc sacramento participant,per fidē adiungat,ad hæc verentur isti,ne si hic vsus ex ecclesia tollatur,fieri posse,vt(q̄ est hoīm præsentis tempestatis in frequētandis mysteriis accidia)hoc sacrificium laudis,quod Christus in Ecclesia frequentissimum esse voluit, quā rarissime celebretur. Ac

Zz. Hui⁹ sententiæ no: sumus,sec consilium quod subiungitur libro num id tale sit, vt eo possit tranqllitati Ecclesiarum vtriq; cō modè & Christianè consuli relinqm⁹ Cę. Max. & sacri imperij ordinib⁹ expēdendum. Iulius Pflug. Iohannes Gropper.

D 2 demū

demum etiam in totum fere omittatur.

Hic quoniam vtriq; de ſua ſententia ſunt perſuaſi, fieri forſan poſſit, vt ſinguli in ſuo ſenſu abūdare permitterent, ne hi qui ſine cōmunicantibus ſacramentaliter, cū aſtanti bus tamen & cōſenſum ſacrificio præſtātibus, ſacrificium offerunt, damnarentur. Illi vero non cogerentur aliter ꝙ̄ præſentibus communicantibus Miſſam habere.

Rurſum ſunt ex vna parte, qui dicūt Sacramentū corporis & ſanguinis ſub vtraq; ſpecie populo adminiſtrari debere, quod id Chriſti mandato & inſtitutioni, & mori veteris eccleſiæ ſit conſentaneum.

Sunt ex altera, qui cum exiſtiment hoc potiſſimum in Sacramentis ſpectandum, quo ſignatis magis quàm ſignis fruamur, & acquieſcamus, ac conſtet interim ſub vna tantum, quantum ſub duabus ſpeciebus contineri aſſer[illegible]um non eſſe, vt impium damnandum, quod eccl[illegible] multis ſæculis laicos vna ſpecie contentos recte communicare & nihil contra inſtitutionem Chriſti facere eſt arbitrata, eo maxime, quod Chriſtus eam authoritatem eccleſiæ reliquiſſe videatur, vt in externis ſacramentorum cæremonijs eam moderationem adhibere poſſit, quæ pro ratione temporum & locorum fidelium ſaluti, cum ſufficere, tum commodare exiſtimetur.

Verū cum iā plurima in Germania plebs perſuaſa ſit, Chriſti mandatum & inſtitutionem requirere, vt integra ſacramenta accipiat, & omnino cauendū, ne quis ad hæc ſacroſancta myſteria participanda cū mala conſcientia accedat, operæprecium videbitur, ſi eccleſia, ad medendum his malis, omnibus liberum faciat, ſub altera vel vtraq; ſpecie communicare, ſic tamē ne hinc cuiq; vlla anſa præbeatur, receptam hactenus in eccleſia conſuetudinem temere damnandi, vel poſthac inuicem iudicandi. Certe cæremoniā iſtam cōmunionis vtriuſq; ſpeciei ad neceſſitatem alligare abſurdum fuerit, vel propter abſtemios, ægrotos, & ſimiles qui à vini ſpecie plane abhorrent.

Deniq; ſunt ex vna parte qui poſtulant ſacramenta ea lingua adminiſtrari, quo à populo intelligatur, vt is clare ac diſerte intelligēſq; agatur, ad omnia reſpondeat. Amē.

a. 2. In quo Paulum Apoſtolum 1. Cor. 14. authorem citant.

Sunt

Sūt ex altera, qui putāt in Latina Ecclesia latinam linguam retinendam esse, ac sufficere arbitrantur, si populus subinde in cōcionibus de his quæ in missa aguntur, clare ac diligēter edoceatur, ac admoneatur singulis actionibus suum adhibere cōsensum, pioq; desiderio apud Deum ambire, vt publicis ecclesiæ votis aurem suæ benignitatis accommodet, si tamen ad hæc populo, quod epistolæ nomine, & quod ex Euangelio recitatur, lingua ab eo intellecta explicetur. Atq; hi etiam verentur, ne si hęc summa mysteria ad tantam ac tam promiscuam multitudinem (quæ est præsentis ecclesiæ facies) lingua vernacula frequēter afferantur & decantentur, fore vt ab impijs & male institutis in canticū & prouerbiū vertantur, atq; ita impingatur in id quod inhibuit Christus, ne, scilicet, sanctū canib⁹ dareť.

Verum hic facile ab eruditis & pijs viris ea moderatio inueniri ac institui poterit, quo fiat vt neq; dignitati sacramētorū quicq̄ detrahatur, neq; sanctæ plebi plus rerū, quę geruntur, intellectos, & suū amen subtrahatur. Et cum antiqui ritus & obseruationes, qui circa secramentorum administrationem nobis quasi per manus traditi sunt, raram pietatem redoleant: erunt quoq; deligendi viri tum docti, tū pij, qui eosdē ritus ac formulas diligēter inspiciāt & examinēt, vt si quid forsan irrepserit, ꝙ ad pietatē nihil fecerit id tollať, & antiqua puritas & synceritas sacris restituatur.

DE DISCIPLINA ECCLEsiastica. XXII.

HAnc constat in ecclesia quàm maxime necessariā esse, quod ea sola fidei ac spei nostræ retinaculū sit, & custos itineris salutaris, dux, magistra, fomes, & nutrimentum virtutis, quæ facit in Christo & vnitate corporis eius semper manere, iugiter in Deo ad proximi vtilitatem viuere, & ad promissa cœlestia, & diuina præmia peruenire, quam sectari salubre, negligere lætale est. Quemadmodum D. Cyprianus docet. Hæc est quam Apostolus Timotheo ac Tito Episcopis pręscribit, vt norint, quomodo eos oporteat in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei, columna & firmamentum veritatis. 1. Tim. 3.

Iam vt hęc ob nimiam rerum præsentium exulcerationem subito ad seueritatem antiquorum canonum reuoca-

ri non possit, annitendum tamen modis omnibus est, vt saltem, quoad fieri potest, ecclesię restituatur, ac in dies magis ac magis augescat.

Est tamen in ecclesia duplex omnino disciplina spectãda & requirenda, vna cleri, altera populi.

Vt auté cleri disciplina instituatur, ante omnia necessarium est, vt ad gubernandas & regendas ecclesias, ac alia publica ministeria gerenda, nulli nisi probati & idonei assumantur. Id quod debet omnibus omnium graduum ministris, tam summis quàm medijs & infimis, obtineri. In vsum itaq; reuocandæ sunt canonicæ electiones, & electorum examina, manuum impositiones, cõfirmationesq; ad apostolicã regulam & veteres canones exigẽda, & omnino prouidendũ, vt quę gratis impartiri Christus mandauit, gratis quoq; dentur, & omnis omnino symoniæ labes ab ecclesia tollatur. Item, vt nulli nisi ad certum ministerium, vt habet Chalcedonense Concilium, ordinentur.

Deinde vt quilibet suum officium sedulo ac diligenter faciat & exequatur, ac interim caueat ne falcem suã in messem alienam mittat secundum veterum canonum instituta. Et inter cætera vt Episcopi Germaniæ, qui ecclesiarum regimini, Imperatorum beneficio, ciuilem administrationem coniunctã habent, eã quã debent ecclesijs curã, præcipuam habeãt, & in hoc potissimũ sint, vt ecclesijs vbiq; de idoneis ministris prospiciãt, manus nemini citò imponãt. 1. Tim. 5. sed viros constituãt boni testimonij plenos spiritu sancto, ac sapientia, nõ ad ociũ, sed super opus. Act. 6.

Insuper, quo nihil magis necessariũ est, sedulo inuigilandum erit, vt vita ac mores ministrorum sua professione digni sint, vt primum vita, deinde doctrina populum instituant, ne quos sermone ædificant, destruant exemplo, vtq; singulorum ministerijs mores quoq; respondeant.

De cœlibatu protestantes exhibuerũt suum scriptum signatũ I.

Hic optimus habendus est præceptor Paulus, q qualẽ oporteat esse Episcopum, quem & presbyterum appellat, & quales diaconos, suum Timotheum ac Titum diligenter edocet. Ex qua Apostolica formula pene oẽs antiqui Canones, qui de vita ministrorum sunt, dimanauerunt.

Et quoniam viderunt Patres, Paulo quã maxime curæ fuisse, vt qui ministrarent ecclesijs, ab omni solicitudine liberi

ceri, ea tantũ quæ domini sunt curarẽt, atq; eũ q cum vxore est de ijs nõ posse nõ sᶦ licitũ esse, quę sunt mũdi. 1. Co. 7. plurimũ semper fuerunt propensi ad indicendam ministris perpetuam continentiam, etsi in hac re non eadem se ueritate vetus & recentior ecclesia vsæ fuisse reperiantur.

Vetus enim ecclesia eos, qui tantum vnius vxoris mariti essent, ad sacerdotium asciuit, ac decreuit etiam ne tales vxores suas religionis obtentu abiicerent, vt habet canon Apostolorum octauus Gangarensis concilij, & sententia Paphnutij in concilio Nicæno recepta. Eos vero qui post baptismum duabus nuptijs implicati fuissent, aut concubinam habuissent, aut viduam duxissent, aut diuortio separatam à viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquã, quæ publicis spectaculis mãcipata fuisset, à sacerdotali cõsortio excludebat, vt habet Canon Apostolorum 16.

Cæterum ijs qui cœlibes ad sacerdotiũ vel diaconatũ peruenissent, matrimonio interdixit, vt habet Canon Apostolorũ 25. Nisi tamen diaconi in ipsa ordinatione protestati fuissent, se velle habere vxores, nec posse se continere. Hi enim si ad nuptias venissent, manebant in ministerio, propterea quod ijs Episcopus licentiã dedisset, vt testatur concilium Ancyranũ, Canone 9. Eos vero q nulla protestatione facta contra tacitã professionẽ nuptias contraxissent, à ministerio tantũ submouebat, hoc est, offerre, & sermonem ad populum facere, aut aliquib⁹ sacerdotalibus officijs perfungi non permittebat, laico tantũ communione eis concessa, vt habet Canon 15. concilij Ancyrani.

Deniq;, qui contra expressam professionẽ, & votũ, matrimoniũ contraxissent, excommunicabat', sed interim ea erat apud Episcopũ loci authoritas, vt talibus cõfitentib⁹ humanitatẽ facere posset, vt habet Canon concilij Chalcedonensis 15. & 16. Matrimoniũ vero nõ diremit, vt testatur Augustinus Canone nuptias 27. quæstione 1. A. 3 A. 4

Porro, ne Episcopus aut qsq̃ ex clero subintroductam mulierẽ haberet, omnino vetabat, vt habet Canon 3. Synodi Nicænæ. Clericos vero in fornicatione deprehẽsos extra ecclesiam abiecit, & ad pœnitentiam inter laicos agendam redegit, vt habet Canon 1. concilij Neocæsarien. Postea recentiores Canones cõiugatos ad sacerdotiũ seu

diaconatum promoueri vetuerunt. Presbyteros quoque & diaconos, qui ante ordinationem nuptiis iuncti fuissent, abstinere ab omni opere coniugali, atque adeò separari à coniugibus iusserunt. Matrimonia quoque qui presbyteri seu diaconi post susceptum ordinem contraxissent, diremerunt,& irrita declararunt. In hac ergo Canonũ diuersitate, si postremi Canones omnino post hac retinẽdi sunt, necessarium quoque erit, vt censuræ, quæ in fornicarios in veteribus canonibus distringuntur, in vsum quoque reuocentur, ne publicum scandalum ex impura ministrorũ vita ecclesiæ ingeratur.

Post vitam cleri recte institutam, pari cura prouidendum est, vt Parrochi puram & synceram doctrinam populo tradant, vt sanam habeant verborum formam, cuius finis sit ea quæ veræ fidei, & charitatis sunt, reiectis omnibus fabulis & quęstionibus curiosis, sedulo inculcare, quẽadmodum Apost. docet. Quod finis præcepti sit charitas, de corde puro, conscientia bona, & fide non simulata. Itẽ, vt verbum sine vllius contumelia, sed absque contentione spargant, ab errore caueant, falsam doctrinam arguant, sanæ verò doctrinæ fortiter adhærescant. In quo opus erit, vt breuis aliqua formula, quæ doctrinę summam cõtineat, publica authoritate edatur, ad quam vbique Parrochi suas conciones exigant.

Prouidendum est quoque, vt in Ecclesia nihil, neq; in precibus, neq; in hymnis, neq; lectionibus, quam quod ex scripturis, & receptis authoribus deprõptum est, recitetur. Item, vt externi ritus, qui ad pietatem, honestatem, ordinẽ, & tranquillitatem ecclesiæ faciunt, obseruentur.

Et cum diuersitas ordinum, monasteriorum, & plæriq; abusus, qui in monasteriis committuntur, multis scandalo sint, nec monastica eum fructum pręsenti ecclesiæ afferat, quem attulit olim, reformationi quoque eius inuigilãdum est, vt post hac sint monachi, apud quos doctrina Christiana vigeat, qui linguas, & bonos authores conseruent, scripturas scrutentur, & explicent: concionibus & se, & populum instituant, sic tamen ne Parrochis in officio præiudicent, ac ea faciant, quæ eos antiqui Canones facere debere censuerunt.

Vt autem

Vt autem tales in Ecclesia ministri, ac etiã monasticæ professores haberi queant, constituendæ sunt apud cathedrales & collegiatas ecclesias, & in monasteriis scholę, qui bus præficiantur viri tum docti, tum pij.

Et quoniam operarius dignus est mercede sua : & ministris ecclesiarum, & professoribus honesta stipendia seu salaria cõferenda sunt, ne egentes in suo munere tepescãt.

Postremo, vt hæc omnia in perpetuo cursu retineantur, habendæ sunt suis temporibus generales, nationales, prouinciales, Episcopales, Archidiaconales, & aliæ synodi: in quibus de omnibus istis diligens inquisitio fiat. Ité vt gradatim appelletur, & secundum veteres Canones de causis Ecclesiasticis ordine & rite cognoscatur.

DE DISCIPLINA POPVLI. XXIII.

CVm in sancta plebe sint senes, anus, iuuenes, puellæ. mariti, vxores, parentes, liberi, domini, serui. Sint ité diuersa viuendi genera & vocationes, curæ erit Ecclesiæ ministris, vt omnes & singuli suam vitam & mores ad doctrinam Euangelicam conforment, vt vocationi suæ seruiant, & tranquillitati studeant & paci.

Deinde vsus clauiũ, qui iurisdictionis dicitur, in ecclesiam, quoad fieri potest, reuocandus est, & censura Ecclesiastica secundũ Apostolicã & veterum Canonũ cẽsurã restituenda, vt q publice criminosi sunt & impuri, seu refractarij & contentiosi, & qui ecclesiæ scandalo sunt, à cõmunione & sacris, donec resipuerint, arceanť & prohibeãtur.

Pœnitentia quoq; publica, quantũ fieri potest, in vsum reuocanda, vt non nisi facta ἐξομολογήσει & obtenta reconciliacione, qui publice deliquerunt, in Ecclesiam recipiantur. Idque ad eam moderationem quam præsentia tempora ferant.

Postremo de ieiunijs, de delectu ciborum, ferijs, & similibus corporalibus exercitijs, quę partim cæremonialia sunt, partim disciplinæ, facile conuenerit, si viris aliquot, pijs iuxta ac doctis, hoc negotij delegętur, vt hęc omnia ad eam moderationem reducant, quo nulli laqueum iniiciant, seu oneri sint, sed ad exercendam pietatem & opera vere bona (de quibus Decalogus & Euangelium præcipit) nos reddant alacriores.

4

ANNOTATIONES ECkII IN PRAECEDENTEM LIBRVM, VBI vel errat, vel friget vel cautè legendum est.

PRAEFATIO.

IMprobaturus aliqua libri præcedẽtis, pauca præfari volo: primo omniũ nemo existimet me in cuiusquã odium hęc annotasse, aut detrahendi libidine adactum: sed veritate coactum (cuius merito semper debet esse victoria) in defensionem veræ fidei catholicæ, hæc ad piorum instructionem & consolationem scripsisse, quæ si Cæsa. Maiestati (quæ mihi sacrosancta est ac augustissima, ac à deo ordinata, digna profecto quæ feliciori sæculo imperitaret) fuissent monstrata, librum illum prorsus reiecisset, nedum eum principibus catholicis, aut collocutoribus ob tulisset: Nec est res noua, huiusmodi libros principibus viris obtrudi: nam & Diuus Constantinus pius Augustus fidei expositionem ab Arrio & Euzoio suscepit, tam artificiose compositam: vt Imperator arbitraretur ipsos similia credere his patribus, qui in Nicæa conuenerant: vnde persuasus ita est Christianissimus princeps, vt testaretur eorum rectam esse fidem per epistolam ad Alexandrinos, Aegyptũ & Lybiam. Nemo enim sufficit satis cauere hæreticorũ dolos: nam Impe. volens experiri de Arrio, percunctatus est, an Nicæni Concilij decreta seruaret? Ille repẽte subscripsit: & imperator miratus ei iuramẽtum detulit: qui etiam fraudulenter hoc egit: scripserat enim hæresim suam in charta, quam sub ala ferebat: vnde vere se iurare credidit, dicens sic se sapere, sicut scripsisset, sicut Zozomenes & Socrates hæc in scriptis reliquerunt: Sic circumuẽti sunt dolosis scriptis, patres in Mareote, vt per calumniã contra Athanasium gesta cõfecerint, dum Sardicã mitterentur: Sic & Syrmij tentati sunt catholici, quos calliditate verborum hæretici decipere nitebãtur: Hoc idem simplicibus euenit occidẽtalibus episcopis Arimini, agente Thauro præfecto: Non enim intellexerunt illis proposita, patrum sententiæ Nicæni Concilij esse cõtraria sicut Damasus Papa testatur in epistola in Illyricum missa.

Hist. tri-par. lib. 3. cap. 6

Cap. 10

Li. 5. c. 17

Lib. 5. c. 8

Damasus.

Porrò

Porrò iure quodam librum hunc expugno:qui primus errata,& minus ſobrie dicta illius,antequam veniret in colloquium,coram Reuerendiſſimo patre D. Antonio à Granuella Epiſcopo Attrebaten. viro optimo & catholico detexi.Quòd etſi neſcio quem fingerent authorem libri,ante biennium mortuum:ſtatim autem violenta præſumptione deprehendi authorem libri:qui tum aderat : nam librũ conabatur defendere:aut ſi non potuit reſiſtere obiectionibus meis,dicebatur mitigare ſcripta libri,ſcribamus ſic, faciamus ita:omittamus iſta,cum ſimilibus.Tacitus argumentabar apud me, niſi eſſes author libri, non auderes librum à Cæſare propoſitum mutare,minuere aut eiaddere: Dum autem infirmitate grauarer moleſtius,intellexi amicorum, & virorum fide dignorum relatione,omnibus catholicis doctoribus diſplicuiſſe hunc librum, in quem etiã ſcripſit Reuerendus pater D. Iohan. Menſing Suffraganeus Halberſtaten : annotauit quædam Petrus Maluenda Burgen.cum aliis Hiſpanis D. Petro Orticio, D.Aluaro à Maſcoco &c.ab initio vſque ad calcem iudicium deſuper fecit,D. Nicolaus Apelles Bauarus, annotauit quædam D. Burckardus de monte Geldrius, quædam etiam annotarat D.Iohannes Cochleus,cuius zelum in fide iam viginti annis, tota nouit Germania : Diſplicuit liber iſte etiam alijs Doctis.Alberto Pighio præpoſito Traiecten. D.Roberto Scoro alumno Parchiſien.veteri amico meo, à tempore nunquam ſatis Laudati Cardinalis Dominici Grimani Veneti fe.re.Iudicium magiſtri ſacri Palacij F. Iohannis ord.Pred.ex actis Reuerendiſſimi legati Gaſparis Conterreni facile inferius patebit. Pater Euerhardus carmelita Colonien.& Hermannus Monaſterien.minime approbarũt ſcripta libri illius,& ſecreta quorundã cõſilia. Idẽ ſentio de D.Chũrado herzebachir,de alberto Konig Iuliacen.de nouo ꝓuinciali ord. prædicatorũ cũ patribus ſuis:ſuperſedeo enumerare D.Iohãnẽ Aſtmannũ ꝑpoſitũ Phorzenſem.D.Petrũ Speiſer Curien.D.Iodocũ Hoffalter Lubecen.D.Iohannẽ Militis Sedunen.cũ multis aliis: Ideoq; audacius meam quoq; ſententiã,priuatim Illuſtriſſimo principi meo catholico D.Vuilhelmo Comiti Palatino Rheni ac ſuperioris &inferioris Baioariæ Duci. inter

ECKIVS. Prim° cõfutauit librum.

Author libri.

Doctores quib° ille liber diſplicuit.

inter frequentes paraxismos scriptam, non grauabar huc reponere licet tunc, destitutus non solum sanitate, sed & librorum præsidio: Ideo eam hic pinguiorem reddam & succosiorem.

Proderunt autem annotationes istæ, non modo, vt pius lector moneatur ne impingat, sed etiam ad hoc vt docti videant, quàm lippis articulis transierit ista Brucer: qui si tam eruditus esset, quàm vult videri (Licet & ego opiner eum non omnino indoctum) expunxisset plæraque in hoc libro, neque à catholicis, neque à diuersariis recipiẽda. At ne oratio excrescat in caput, promissa exequamur.

ANNOTATIO IN ARTICVLVM. I.

A.1. ARticulus iure omitti potuit, cum nunquam fuerit inter catholicos & diuersarios controuersus: at cum librum facere volumus, oportet extraria & peregrina congruere.

B.2. Citat Ecclesiastem. Solummodo hoc inueni, quod
Eccle.1 Deus fecerit hominem rectum, & ipse se infinitis miscuit
3. quæstionibus. Parum hoc probat propositum: sed rectius
Eccle.17 sua comprobat ex Eccle. 17. At quòd ex Ephesijs citat.
Ephesi. 1 Paulus loquitur non de homine in statu instituto naturæ integræ, vt liber citat, sed de lapso, tamen prædestinato & restaurato. Et quod subdit.

Homo in hac integritate constitutus, veram ac viuam
C.4. Dei sui notitiam possidebat.

Hic noua profert author, prius inaudita, hominem in paradiso viuam habuisse Dei noticiam, & non apparet intellexisse quæ dicit: Nam nec scriptura, nec patres loquũtur de noticia viua: licet apud illos legamus, de fide viua, sermone viuo, de operibus viuis, de aqua viua, fonte viuo: at de noticia viua non memini: fateor tamen scripturam
Ioan. 7 intelligere notitiam viuam, illam scilicet beatificam, dicente saluatore. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum deum verum, & quem misisti Iesum Christum.

Et vt fundum negocij tangã, Author vult Adam habuisse noticiam viuam in paradiso ac si per hoc differret à nobis, cum si esset bonus Philosophus & naturalis Theologus, debuit scire omnem noticiam esse viuam, dicente
2. de aĩa. Aristotele, viuere in viuentibus est esse: sic & intelligere in intel-

in intelligentibus est esse, id quod clari⁹ alibi dicit. Viuere est sentire vel intelligere. Itaque omnis noticia nostra est actus vitæ, est vita & viua: Et hoc adeò est verũ, quod si non est viua, siue in brutis, siue in animantibus, non est noticia: cum rectè iuniores hoc consentiant, ad hoc quod noticia sit noticia, requiratur quod vitaliter immutet potentiam. Nam habitudo efficientiæ, non requiritur, habitudo subiecti non efficit, vt post alios Petrus de Candia subtiliter declarauit. Primum patet in sapientia Salomonis, in scientia Apostolorum: secundum liquet, si noticia poneretur in lapide, non esset ei noticia secundum Aliacen. licet alibi ostendam acutum aliter posse dicere. 9. Ethic. Petrus de Candia. Petrus Aliacensis.

At dicet quispiam pro libro. Adam habuisse clariorem noticiam, quàm nos habeamus, licet non intuitiuam? Respondeo, author libri nõ sic locutus est, sed nouator recedens à modo loquendi doctorum, dixit viuam notitiam in eo fuisse: & ego non dubito, quin non intellexerit seipsum. Habuit quippe Adam clariorem noticiam, quia ipse habuit cognitionem rerum in se: quomodo enim imposuisset nomina omnibus animantibus: Nondum Deus inflixerat vulnus potentiæ intellectiuæ, vt nihil esset intellectu, quin prius esset in sensu, vti modo fit. Hoc quidem etiam Aristoteles nouit, sed causam ignorauit: vnde merito mirabatur hunc præposterum ordinem, quomodo nobilis intellectus ab inferiori penderet potentia & ancilla, à sensu: Hoc vulnere nos læsi, nullam substantiã in se cognoscimus, nisi in conceptu communi substantiæ & accidenti: Vnde plures Dialectici loquentes de terminis & conceptibus absolutis errant, cum prædicamentum substantiæ vacet in nobis viatoribus, in conceptibus vltimatis. Et quod mirandum est, quanto substantia est simplicior, & ita plus habet de intelligibilitate, tãto minus simpliciter & absolutè eam intelligimus: Adeò vt ipsum quoq; Deum simplicissimum, intelligere non possimus, nisi in conceptu composito & complexo, maximè in Theologia affirmatiua, vt Dyonisius dicit. Negationes de Deo sunt veræ, affirmationes verò incompactæ, vt in mystica Theologia explicaui: Et quod magis mirabere, hoc etiam addo, ex hoc vulnere fit, vt quãtò animus magis in contemplationem Euasio. Improbatur. Gene. 2. 1. De anima. Cõtra dialecticos. Dyonisi. Ecstasis facit infirmum.

plationem cœleſtium aſcendit, tanto corpus in quandam
Dani.10. infirmitatis debilitatem cadit: ſic Daniel inquit. vidi viſio
Dani.8. nem hanc grandem: & non manſit in me fortitudo: & alio
Ezech. 2. tempore ad viſionem languebat & ægrotabat: Simile acci
Math.19. dit Ezechieli. Vidi, inquit. & cecidi ſuper faciem meam.
act.3.&12 Tres etiam diſcipuli in transfiguratione domini ceciderunt in facies ſuas: Et paulus lucis refulgentia excæcatus creditur. Ex quo patet (inquit Card. Cameracen. in ſpeculo
Camerac. conſiderationis) in quantam miſeriam cecidimus: qui ipſum bonum ferre nō poſſumus, ad quod creati ſumus: Author vitæ Dionyſij Rickel narrat, quàm infirmus factus
Rickel. fuerit in raptu, in Ecſtaſi, in mentis exceſſu, at de hoc alibi plura.

Et quod euadendo dixit, Adam enim habuiſſe noticiā intuitiuam Dei, quid ſi ei opponerem ſuum Thomā par. 1.q.94.art.1. vbi dubitat an in raptu viderit, quādo Deus immiſit in eum ſoporem, & ait Dorbellis ſicut Paulus in raptu & Moyſes: de quibus Auguſtinus fatetur li. de vidēdo Deo ad Probam, & de eccleſiaſticis dogmatibus. Ideo fuit ſopor extaticus, quare euigilans prophetauit, & verba eius Chriſtus dixit eſſe verba Dei.

Si author libri fuiſſet doctus in Theologia: potuiſſet triplicem annotaſſe noticiam Dei ex S. Paulo. Videmus
Gene.2 nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem de facie ad
1.Cor.12 faciem: Vbi nunc refert totum ſtatum viatoris: Vnde ho-
Deut.32 mo noticiam habet ſpecularem, quæ eſt clarior in ſtatu in
Matth.19 nocentiæ ſeu paradiſo. Aenigmaticam, quæ eſt obſcurior.
1. Cor.12 pro ſtatu lapſo & deſtituto, Facialem quæ eſt beatorum in cœleſti patria: Et Alphonſus ponit quartam ſuper intuitiuam, nos non impedit. Hæc ſi author libri ſciuiſſet, librum
Alphon- Toleta. ſuum feciſſet meliorem.

Inquit author libri. Homo in integritate conſtitutus, in voluntate ardentem ergo deum timorem & obedientiā poſſidebat, Eccle.17. Pſal.8. Gen.2. Hic primo ponam notulā improbatiuam: dein, imprudentiam authoris: q tam īcōſiderate citat imo torquet, authoritates ſacrę ſcripturę.

Auguſ. in Enchirid. ca.107.2 Quod ergo aſſerit in Adam fuiſſe ardentem amorem, eſt contra communem ſententiam Theologorum, Auguſtini, Magiſtri, quia fuit creatus in iuſticia originali, ſed

non

non in gratia gratum faciēte:quæ duo habent se sicut excedentia & excessa:ideo concludunt doctores, Adam per gratiam in creatione communicatam potuisse resistere malo,sed non potuisse mereri. Sen.d.24. Cap.Nūc

Doctior aliquis Theologiæ respondebit pro authore libri, Adam creatum in gratia est expressa opinio Thomę & multorum Theologorum,qui semper fuerunt habiti catholici: Respondeo, hoc Canonista author libri ignorauit:neq; per hoc euacuatur annotatio mea:non enim dixi, sententiā authoris esse hæreticam, sed contra cōmunem: Id scilicet volens indicare,librum istum insulsum,à Gloriosissimo Imperatore nostro,& sacri Romani Imperij ordinibus non fore approbādum:quoniā Theologi sub Imperio,præmerentur authoritate libri istius, tanquā magni alicuius cōcilij:vnde materia oriretur, & seges scandalorum:Nam in tradendis comunitati, oportet sequi sententiam cōmunem & trita. Sicut Fortunatus præcepit,vtendū verbis publica moneta signatis. Cōmunis autem sententia sequitur Augustinū & Magistrū vt meminimus. Gregor. Ezech.28. Aurum opus decoris tui. Hugo f. de S. Victore lib.1.de sacramētis par.6.ca.17.& G. Altisidoren. renarrans opinionē Præpositini: nobis magis placet via cōmunis, ꝙ angeli non habuerunt gratuita. Alexander de Ales part.2.q.96. Bonauentura dis.29.art.2.q.2.secundi, Richardus ibi. Iohānes Scotus, Egidius Romanus, Michaël de Bononia, Thomas Argentinus, Landulphus, Hugo de nouo castro, Marsilius q.16.2.G. Vorrilō. Stephanus Brulifer, Nicolaus de Orbellis, Iohannes Gerson super cātic. canticorum. Petrus Aquila dicit se tenere hanc partē, propter authoritates sanctorū, G. Gorris, Pelbartus, Albertus magnus præceptor S. Thomæ, etsi credat Adam creatum in gratia:tamen dis.24.& dis.29. concludit cum cōmuni, vt ipse ait propter magistrum. Omitto quomodo acuti arguunt S. Tho. quasi sibi contradicentē in dis.2.q.3.secundi,& in dis.29.q.2.in solutione secundi argumenti.

¶ Nunc videamus, q̄ diffute author libri euocet scripturas,tres scilicet. Ecclesiastici 17. Psal. 8. Gen.2. In Ecclesiastico nihil habet,quàm quod ait,& secundū se vestiuit illum virtute : at sunt & aliæ virtutes quàm charitas & gratia.

Eccle.7. gratia. Melius citasset Ecclesiasten. Solum modo hoc inueni, quod Deus fecerit hominẽ rectum, & ipse se infinitis miscuerit quęstionibus: at profecto magna fuit iustitiæ originalis rectitudo, etiam sine gratia gratum faciente.

Heb.8. ¶ Psal. 8. loquitur de homine Christo, vt indicit Paulus ad Hebr. quod si etiã de Adam loqueretur & membris Christi: tamen male colligit. Gloria & honore coronasti eum, ergo gratia & charitate: quia magna gloria fuit, iustitiæ originalis, dominij gratuiti, cognitionis rerum. &c.

¶ Gen. 2. Nec vno apice facit pro dicto libri melius allegasset Gen. 1. Sed ibi commendatur homo factus ad imaginem & similitudinem Dei, & quod datum est ei dominium gratuitum creaturarum: sed nulla mentio gratiæ gratum facientis.

ANNOTATIO IN ART. II. DE libero arbitrio.

Authon libri. Concreata libertas faciendi boni, & continendi se à malo, per hominis lapsum est amissa sola libertate à coactione retenta. &c.

Pudendus est ille error, & toti sacræ scripturæ contrarius: nam si peccatores non haberent maiorem libertatem arbitrij, quàm dæmones & damnati in inferno: cũ impossibile sit voluntatem cogi. Iam enim non esset voluntas, vt
Bernard. pulchre Bernhardus post Augustinum asserit, & omnes
Au. de li. Theologi consentiunt, de actu voluntatis elicito: licet
arb. lib. 1. possit cogi extrinsece quo ad actum imperatum, vt Fran.
Cap. 11. Mar. annotauit circa libr. 1. Augustini Confessionum, & doctores communiter in 4. dist. 29. Gotfridus de Fontibus quot. 13. q. 15. Ideo omnes qui loquuntur de coactio
Aristot. ne voluntatis, loquuntur de coactione secundum quid &
3. Ethi. externa. Nec me præterit quomodo acuti admittunt voluntatem posse necessitari, sed non cogi: sicut beati non
q. 19. possunt non diligere Deum nunc occurrit mihi Vuilhel-
q. 15. mus Ockam in secundo & in quarto.

Non autem solam mansisse in homine libertatẽ à coactione tota scriptura clamat, & quotidie in nobis experi-
Gene. 3. mur: nam dominus dixit ad Cain. Si male egeris: statim in foribus peccatũ tuum aderit: sed sub te erit appetitus eius
Mat. 14. & tu dominaberis illius: Sic Christus dixit Apostolis. Pau

peres

peres semper habebitis apud vos: illis potestis benefacere si volueritis: Et Paulus. Potestatem habens voluntatis suę, non necessitatem, cum plurimis aliis locis scripturæ in Enchiridio contra Ludderanos citatis. Manet ergo vera diui Augustini sententia. Semper in nobis voluntas libera est, sed non semper bona est. 2. Cor. 7 Augus. de gratia & lib. arbit.

Reliqua in hoc articulo facile improbaré: at nolo ꝓfusius ingredi hanc materiam de libertate arbitrij, quia illa essentialis libertas voluntatis æqualiter est in omnibus secundum doctores: nec capit maius neque minus: licet in vno sit magis impedita, in alio magis expedita.

Magis placet Hugo li. 1. de sacramentis par. 6. ca. 16. qui ponit solum tres status libertatis. Solum despiciamus quàm inepte torquet locos Euangelicos: Sic enim Luderani volunt videri Euangelici, si plura citauerint, etiam nihil vel parum ad rem facientia: forte habuit author libellum huiusmodi concordantiarum Luderanorum vel parabaptistarum. Dis. 25. 31

E.

Matthæi. 23. Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti, Locus ille omnino nõ habet, quod in peccãte nõ sit libertas, nisi à coactione: sed euincit potenter lib. ar. quia deo volente, illi nollunt, vt Augustinus in Enchiridio docet: vnde non frustra Gallinæ meminit, vt ibidem super Iohan, tractatu. 15. explicat. Aug. 27.

Iohan. 8. Si filius vos liberauerit. vere liberi eritis, loquitur de liberatione redẽptionis à culpa & seruitute peccati: sed non probat diabolicam libertatem à sola coactione. Iohan. 15. Sine me nihil potestis facere, nihil ad rombũ: sed quia nihil boni possumus facere, nisi Deo nos mouente & trahente. F.

G.

Sic pro libertate glorificationis inepte & illud citat apostoli, quod Deum tunc videbimus, sicut est, & erit omnia in omnibus. Nam de notitia Dei intuitiua loquitur, & modo essendi Dei in omnibus, vnde omniũ nominibus appellari potest, & omninomius est, vt inquit Diony. sed nõ meminit plus libertatis illius, quàm cuiuscunq; alterius rei Iohan. 6 1. Iohã. 3 1. Cor. 15 Dyonisi⁹

Si quis dixerit, illa distinctio, quæ hic improbatur, est magistri in. 2 o. dist. 25. & Bernh. Respon. nõ improbo distinctionem sed declarationem, & quod ait hominem post

lapſum non habere libertatẽ,niſi à coactione, q̃ etiã habet diabolus. Magiſter Bernhardus, Hugo recipiuntur ab oĩbus: ſed hoc dictũ authoris à nemine catholico admittit̃.

ANNOTATIO IN ART. III.

P. Melãc. Hic articulus modo ſuperfluit: nam etſi. P. Melanchtõ ab initio, nimium feruens in erroribus Lutheri, ſcripſerit. Certa ſententia omnia à deo fieri, tam bona quã mala, ita vt nõ ſolum permiſſiue, ſed etiã propriẽ agat etiã mala, vt Dauidis homicidium &c. Adeo vt ſit eius proprium opus, non minus Iudæ proditio, quàm pauli Vocatio. Tamen errorẽ iſtum emendauit cum multis aliis in cõfeſſione Sanoxica & apologia deſuper edita.

H. At declaratio libri non eſt toleranda, cum author faſtu verborum ait. Adam aſtu diaboli circumuentus: Sic ſolent Grammatici, in paruis labi. Rectius autem Auguſtinus ſuper Geneſim. Cum Apoſtolus Adam præuaricatorem fuiſſe oſtendit dicens. In ſimilitudinem præuaricationis Adæ: ſeductum tamen negat, vbi ait Adam non eſt ſeductus, ſed mulier. Vnde Adam interrogatus à domino. non dixit. Mulier ſeduxit me, ſed dedit mihi & commedi: Mulier autem ingenue fatetur ſe ſeductam. Serpens inquit dc cepit me, & commedi.

Auguſt. Roman. 5 1. Tim. 2 Lib. 11. ſuper Gene. cap. 42.

Admonui ego authorem huius errati, quod etſi plæraque emendauerit, hoc tamen reliquit intactum: Admonitus à maiori. Reuerendiſſ. contempſit.

I. Et cum, inquit author libri, fidem viuam perdidit, non ſum memor me legiſſe vel in ſcripturis, vel ſanctis patribus, Adam habuiſſe fidem in ſtatu innocentiæ, ſub ratione propriæ fidei: licet fidem in ſtatu innocentiæ nõ neget ſanctus Thomas, Richardus, Egidius tum aliis: tamen verior apparet Alexandri de Ales ſententia & ſequacium. Ad cunq; in re tam ſeria & maxima, non debuit author incerta & dubia, pro certis & veris obtrudere: quia fides videtur includere ænigma. In paradiſo habuit clariorem & ſpecularem noticiam, non ænigmaticam.

ANNOTATIO IN ART. IIII.

Vuormaciæ. Hic articulus prius controuerſus, iam Vuormaciẽ fuit cõcordatus, præſentibus Cæſareẽ ac Regiẽ Maieſtatis, ſex electorum, ac ſex aliorum principum commiſ-

ſariis

sariis & oratoribus. Malluissem vt author libri, quia non potuit afferre meliora, substituisset cōcordiam illam: at voluit doctior videri Theologis, qui illa tractarūt Vuormaciæ, contra illud Sapiētis. Ne innitaris prudētiæ tuę: ideo aliam posuit materiæ istius declarationem, satis ruinosam & in multis locis explodendam. Vnde & in colloquio cur ego adhuc interfui sanus, reiecta illa multiloquentia, remisimus nos ad concordata Vuormaciæ. Articulo ergo in se vero, audiamus, quæ merito in libro iugulentur. Prouer.3

Author. Originalis iustitia complectitur gratiam Dei imaginem Dei, spiritum sanctum habere, &c. K

Illa superius sunt expugnata, quia iustitia originalis differt à gratia, alioquin puer baptizatus accipiens gratiā, acciperet iustitiam originalem. & de spiritu sancto eleganter ait beatus Augustinus in q. noui & veteris testamenti. Cōperi qousdam ex fratribus nostris non plene discussisse scripturas, sed simplicitate animi asseuerare, quod Adam factus sanctum acceperit spiritum, quem peccans amisit, postea improbat. Augu. q. 123.

Author. Defectus iustitiæ originalis sunt, destitui gratia, & spiritu Dei, seu vt Paulinis verbis vtar, incredulitas & inobedientia. Hic author onerat pueros enormibus peccatis, scilicet incredulitate & inobedientia, quod est Melanchtonicum, ab ecclesia & patribus alienū: ista enim magis sunt peccata actualia, quàm originalia. Non est tyrannis asserere puerū in cunis esse inobedientē, qui hodie ignorat distantiam boni & mali, vt Moyses ait, nam fatemur incredulitatem esse magnum vitium, sed in adultis, qui nolunt credere: & illa incredulitas includit peruicaciam & obstinationem mentis, scilicet, nolle credere, non meram negationem. Id quod Lutherani expressius dixerunt in confessione Saxonica Augustę: sed ab Impe. & statibus Imperij illa fuerunt reiecta. L. Deuter. 1

Hæc omnia fient luculētiora, dum ponderamus, quàm indocte & corrupte, more Lutherano citat authoritates sacræ scripturę. Citat enim Rom.3. & .5. & Gala.2. Primo in c.3. nihil habet de incredulitate, sed commēdat fidem: Propinquius accedit, quod cap. 5. euocat. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt Roma.5

multi,&c.at hoc frangit ceruicem authoris:non enim, inquit Paulus,paruulos peccatores, quia inobedientes, sed quia per inobedientiam Adæ constituti sunt peccatores, Sic ineptit dum Paulum citat ad Galatas,quia nullum illorum dicit,quæ hic affirmat author, nam quod Paulus in-
Rom. 11. quit,omnia conclusit sub peccato, intelligitur de peccato originali:licet quod Lutherani in eorum vagis & male cō sonantibus concordantiis,artant & illud, conclusit Deus omnia in incredulitate:cum manifestum sit Paulum ibidē loqui de actuali incredulitate Iudęorum & Gentilium,ne alter efferret se alteri & superbiret.

M. Author. Concupiscentia,habitus viciosus,coniunctus carentiæ, nō potest non prodire in omne genus peccati,in non renatis in quibus diabolus efficax est: Cum author non sit gnarus Philosophiæ in scholis eum vexarem, quo modo diceret,concupiscentiam qualitatem connatam,esse habitum viciosum, & vt communiter dicunt,corporis esse habitum. Aliud vero prorsus negamus,cum tam multi philosophi,Græci,Romani,abhorruerint ab auaritia, homicidio,adulterio &c.vt sancti aliquando nobis hos proponant in exēplum,maxime Augustinus:& Niniuitas Christus anteponat malis Iudæis:Non me præterit, quod Au-
Luc.11. gustinus lib.2.cōfessionum inquit,quilibet Deum diligat,
Cap.7. per quem videt se tantis peccatorum languoribus non implicari. Vbi talis colligitur doctrina, quilibet homo sibi derelictus,faceret omnia mala,quæ ab eo fieri possent,nisi à deo præseruaretur, ne omnibus malis implicaretur: sed hæc in adultos dicuntur,non in paruulos.

N. Author ponit differētiam peccati astualis & originalis,quæ modo transeat:at memor sum hic in exemplari pœnitendum habuisse errorem: verum quia hunc confutaui eum sustulit, velut multa alia errata. Vtinam in omnibus fuisset mihi obsecutus.

O. Author libri. Peccatū originale fit nobis omnibus na-
Roma.9. scentibus sola propagatione propriū, iuxta illud Rom.9. Cum nondum nati fuissent aut aliquid mali egissent, &c. Quis non miretur hominem tam indoctum rerum Theologicarum,libri principibus offerre,vt secundum istū, tanta mysteria in fide cōtrouersa,concordarentur: nemo vn-

quam

quam ex veteribus vel recentioribus intellexit verba ista Pauli, de peccato originali: sed loquitur Apostol⁹ de æterna præscientia Dei electiua, vel reprobatiua: sicut & Propheta inquit, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Malach.1

Author ad idem citat Paulum ad Rom. 5. Regnauit mors ab Adam etiam in eos, qui nõ peccauerunt: Paulum facit mox sibi contradicentem, qui ante ista verba dixerat de Adam, in quo omnes peccauerunt. Vbi ergo dabit noster Neotheologus, mortem regnantem in eos, qui nõ peccauerunt. Quid si aliquis doctior Theologiæ obiiceret authori affirmatiue legendum textum, regnauit mors in eos qui peccauerũt: & ita legit Origenes, ita legit Ambrosius, & conqueritur negationem falsu immissam: & multa conqueritur de Græcis libris corruptis, & ratione nititur ostẽdere, affirmatiue legendum: Sic omnino censet Erasmus, qui etiam Theophylactum asserit sic sensisse. Roma. 5. Ibidem. Orige. Ambrosi.

At quia Chrysost. legit negatiue, & Cyrillus lib.1. & 12. super Iohannem, citat hunc locum Pauli negatiue, & Ireneus lib.3. contra hæreses cap. 20. Augustinus qui etsi fateatur in aliquibus latinis codicibus hunc locũ legi sine negatione: tamen testatur Grecos omnes habere negationem: ideo in sensu negatiuo exponit lib.1. de peccatorum meritis & remissione. Hieronymus in epitaphio Nepotiani ad Heliodorum, & ad Paulam super obitu Blesille, & alias sæpe legit negatiue. Theophylactus quoque inuito Erasmo legit negatiue: vt mirum sit quomodo nõ puduerit Erasmũ falsi, quod Theophylacto imposuit: Et potissimum propter Aphricani cõcilij definitionem, quod locũ Pauli de peccato originali intellexit, nõ de proprio vniuscuiusque peccato, vt faciunt, qui affirmatiue legunt. chrysost. Cyrillus. Ireneus. August. Hierony. Theoph. Cõcil. Aphri. c. 77.

Tamen præter hæc omnia videmus egregium verborum Pauli truncatorem, cum citat: Regnauit mors ab Adã etiam in eos qui non peccauerunt, cum debebat addidisse, in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri, alioquin Paulus falsum dixisset. Rom. 5.

Author. Deus non videt in peccatore peccato originali imaginem suam, &c.

Hoc est contra communem scholam Theologorum Augustino dicente. In ipsa enim mente, antequã sit particeps Au. li. 14 de Trini.

 Dei,

Dei,eius imago reperitur.Etsi enim amissa Dei participatione,deformis sit, imago tamen Dei permanet. Eo enim ipso mens est imago Dei,quo capax eius est, eiusq; particeps esse potest.Non ergo consistit ratio imaginis, in formitate vel difformitate,sed in capacitate Dei.

R. Author.In nobis nascẽtibus adhuc vestigiũ quoddam imaginis Dei est reliquũ,quod lumen naturæ appellamus.

Aug.li. 6 de Trini. Quàm effuse ridebunt hic scholæ balbucientem authorem,cum ex Augustino didicerũt vestigium dei esse in omnibus creaturis, imaginem verò duntaxat in rationalib. Quia addit de lumine naturali,extra chorum saltat, & indicat se nescire quid sit lumen naturale, nolo prolixiorem ingredi disputationem quàm q; Paulus ad Romanos affirmat.Deus illis manifestauit.Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi,per ea quæ facta sunt,intellecta cõspiciuntur. sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. Franciscus Picus in libro prænotionum, & in theoreumatibus de fide,qui nõ ita extennuat lumen vultus Dei super nos signatum,sicut author libri.

Roman.1

Francisc⁹ Picus.

S Author. Per baptismum reformati sumus ad imaginẽ filij Dei saltem inchoatam.

Bene hoc,sed Melanchtonice,patres & sancti aliũ receptum habent loquendi modum: quos malumus imitari q̃ nouicios Theologos:puer enim baptizatus habet iusticiam in suo genere perfectam pro statu viatoris.

Aug. T. Author.Nam idẽ vir dei (Augustin⁹)lib.5.ca.3.contra Iulianum scribit. Concupiscentia carnis & peccatum est,& pœna peccati,& causa peccati. Hylarius docet intelligẽtiam dictorum ex causis dicendi sumendam. Augustinus scripserat,concupiscentiam esse pœnam peccati,insurgit Iulianus,ergo laudabilis est concupiscentia,illã rationem subuertit Augustinus:quia idem possit esse pœna peccati & peccatum,quod etiam de actualibus probat ex Paulo ad Rom.1.& ex simili quod adfert de cæcitate mẽtis cõstat Augustinum loqui de actuali:vnde hic nõ oportet figere pedem,vbi Augustinus hæreticum confutat Iulianũ: dum alias sæpe & pleniter explicet, qua ratione dicat concupiscentiam esse peccatum, vt libro 1.cap.23.ad Valeriũ, sicut locutio dicitur lingua, & manus vocatur scriptura: hoc

Hylarius

Auguft.

hoc idem dicit libro primo contra duas epiſtolas Pelagianorum ca. 13, Et libro ſecundo contra Iulianum citat author Auguſtinum, ex ſententia ſua dicentem. Quamuis iã non eodem modo appelletur peccatũ, quod facit reũ: ſed quod reatus primi hominis ſit factum: & quod rebellãdo nos trahere nititur ad reatum, niſi nos adiuuet gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum: nec ſic etiã mortuum peccatum rebellet, vt vincẽdo reuiuiſcat & regnet. In hac ſententia debuit perſiſtere author

Author. Illa concupiſcentia poſt ſe violenter corripit impium.

Contra voluntarie peccant, non violenter: quomodo enim violentia eſſe poteſt in peccato: cum voluntas nec cogi poſſit, nec violentari, & diximus: ſi eſſet in membris ab extrinſeco, mente non cõſentiente: nõ peccat. Porro apud omnes philoſophos violentum fit à principio extrinſeco, paſſo nõ cõferente vim, ſed renitente: quomodo velit apta re peccato non video. Nam in omni violento mobile inclinatur actiue ad oppoſitum: quod etſi in aliis motibus videatur diſſimile, quàm in motu locali: ſicut Ariſtoteles generationem aliquam appellat naturalem, ſimiliter & mortem, & è regione corruptionẽ: tamen quod applicetur peccanti per concupiſcentiam, non video poſſe fieri. Vnde ſi nihil aliud obeſſet, hoc noceret iis, quod nouitate gaudẽt, præter authoritatem ſcripturæ & ſanctorum: liberis verbis vtuntur Philoſophi: nobis ad certam regulam loqui phas eſt, ait Auguſtinus. Ariſt. lib. 5. phyſic. Auguſt.

¶ Quod pro libro aliquis doctus attulit Paulum dixiſſe, quod nolo malum illud facio. Admitto, ſed vbi Paulus, aut quiſquis alius dixit, violenter corripere impium: Imo ſecundum naturam deſtitutã non eſt violentum, ſed cõueniens huic deſtitutioni. Sic ꝙ affertur de proiectione mercium, ꝙ eſt voluntarium mixtum, & Oyta ait ſemicoctam voluntatẽ: Tum mercator non violentatur, ideo bene concludunt doctores, illam proiectionem eſſe ſimpliciter voluntariam: quia ſi nollet nõ proiiceret: & hoc eſt, quod dicit Ariſtoteles. Mixtæ quidẽ tales operationes, aſſimilanſ autem magis voluntariis: & fine concludit. Voluntaria ergo talia. Sic habet & Scotus in tertio. diſt. 15. Nolo in- Roma. 7. Ariſto. 3. ethicorũ. Scotus.

gredi materiam, an aliqua volitio possit esse violenta, an operationes violentæ sint inuoluntariæ, &c. de quo remit to me ad Buridanum & Burlen. in 3. ethicorum.

X. Author. Vis gratię baptismalis, modo fide exerceatur. Mallem diceret, modo charitate, & operibus exerceatur: alioquin semper redolet lutum Lutheri volẽtis fidem præferre charitati.

ARTICVLVS V. DE IVSTIFIcatione hominis.

Author. Hunc articulum crucifixerat, multa falsa assumendo & erronea: quæ tamen omnia me improbãte ab authore reiecta sunt: & alia declaratio in locum substituta. De illa in præsentia parum dicã, quod inferius in supplicatione Pflugij, & Gropperi excutiam omnia plenius: quia hic totus quasi Melanchtonisat, nullius sancti patris secutus sententiam, aut modum loquendi.

ARTICVLVS VI. DE ECCLESIA & illius signis, ac authoritate.

Y. Author. Ecclesia est cœtus, & cætera, recte incipit, postea citat Apocal. 21. Ciuitas sancta Hierusalem descendens è cœlis &c.

Apoc. 21. Hic torquet verba S. Iohannis, non enim loquitur de ecclesia militante, sed triumphante, vt ex ordine literæ li-
Ibidem. quet: quia in fine cap. 20. egit ex extremo iudicio, post illud describit statum ecclesiæ triumphantis post iudicium: patet etiam ex initio capituli. Vidi cœlum nouũ & terrã nouam: hoc non fiet nisi in extremo iudicio: tunc enim absterget omnem lachrymam ab oculis sanctorum.

Author. Hęc est illa ecclesia electorum Dei nobis occulta.

De primo mox plura, quia in ecclesia sunt boni & mali pisces virgines prudentes & fatuæ, non solum electi, di-
Z. cere autem ecclesiam mathematicam & occultam, est Lutheranum: Sic enim nemo posset dicere ecclesiæ vel eam
Matth. 18 audire iuxta mandatum Christi: Illa item ecclesia prædestinatorũ non habet potestatẽ iudicandi, discernendi, cum aliis infra memorãdis, cũ sit occulta, vt dicit: ideo oportet ad manifestã, & externã ecclesiã recurrere, quæ est in Põtifice, Episcopis, & aliis prælatis: Ideo author impertinẽter citat 2.

citat.2.Timoth.2.Et quod ex Heb.3.euocat, non sic ibi legitur,sicut nemo negat diuersitatem membrorum & donorum in ecclesia: At viderit Author cum citat cap 4.ad Ephesios, quomodo seipsum expugnat: nam Paulus ait, quosdam dedit Apostolos,quosdam prophetas, alios autẽ Euangelistas,pastores,& doctores:illi autem sunt cogniti etiam nobis,& minime occulti:Sic scribunt qui plus ramis quàm radicibus doctrinæ incumbunt. Ephe.4.

Quæ sequuntur,mirum quod diuersarij tacuerunt, & non reclamarunt.

ARTICVLVS VII. DE NOTA verbi.

AVthor. Hæc magna domus non semper æque floret & cętera.

Multa hic sunt notatu digna:vereor tamẽ ne ab aduersarijs desumpta,ipsos reddant obstinatiores. Nam cũ obiicimus eis. Ante 25.30.40. annos &c.fuit ecclesia: vbi fuerunt,qui negauerunt veritatem corporis Christi,sacrificium Missæ. Inuocationem sanctorum &c. Eo confugiunt,quia etsi nesciamus qui hoc senserint:tamen semper deum conseruasse aliquos,qui retinerent doctrinæ vnitatem in his quæ ad pietatem & salutem sunt necessaria: fuerunt enim,sunt & erunt semper in hac magna domo, qui hanc doctrinam,tueantur: Sic mihi respondit Oecolampadius in disputatione Badensi:sic respondet Luther quoties vrgetur authoritate conciliorum pręferens suos ignotos absconditos in angulis Christianos,omnibus pręlatis & doctoribus,super candelabrum positis,vt qui ingrediantur videant lumen. Eadem rima & Bucerus nititur euadere:verum sophistas in hoc agunt, & ecclesiam Dei amittunt,vt nec sibi,nec suis valeant hanc ostendere,sed ad abstractionem mathematicam recurrunt: Cuperem itaq; eis hoc foramen non apertum,quæ ipsi & alij per eos seducti scandalizantur,& in erroribus fiunt pertinaciores:quid autem offendit Bucerum,quod author ecclesiã appellat magnam domum? Non enim poterit negare quin dicatur domus:& cum non sit parua,quia extendit ad fines terræ nisi malit cum nouato hæretico dicere totum mundum esse magnum domum,vt improbat Ambros.2.Timoth.2. Luc.11.

ARTI-

Author. Hinc timori succurrit fides.

Et hoc Luthericè, mallem diceret, succurrit gratia. Si enim non crederet deum iustum vindicem peccatorũ, non timeret: Etsi ergo fides sit pœnitenti necessaria, tamen nũquam ei remittuntur peccata per fidem, sed per gratiam & charitatem, quæ faciunt fidem esse viuam. Etsi de illa fide loquitur, debebat expressisse, ne cum hostibus ecclesiæ suspectus esset consentire. Hac fide rursus innouatio spiritus accipi falsum enim est hoc, quia charitate & gratia recipitur innouatio spiritus. Ideo torquet hic author Psalmum 50. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, &c. Psal. 50.
Nihil hic de fide Lutherica, aut quod fide remittatur peccata, sed quia ille fatetur se peccatorem, quod etiam fit in confessione, & quia peccatum est contra eum semper, per displicentiam & confessionem, rectè petit se aspergi hysso po, non fide Lutherana, vt mundetur & dealbetur. In spiritu enim Dauid præuidit, omnia peccata non remitti, nisi merito effusionis sanguinis Christi, cuius figura fuit sanguis agni paschalis, qui hysopo aspergeretur super postes domus. Vnde etiam leprosus iussus est hysopo aspergi in sanguine passeris, vt mundaretur. Et rectè hysopi meminit, quia est symbolum humilitatis & purgationis. Nam humilis herba est hysopus, vt ait Augustinus & Gregorius cuius radix petræ adhæret & saxorum viscera penetrat, & vt Hieronymus ait curandis pulmonibus prodest, & purgandis interioribus. Aspersus ergo humilitatis. Hysopo & merito sanguinis Christi mundatur à peccato per remissionem, & dealbatur per gratiæ susceptionem. Hic videt quisque sensatus, quomodo anxiæ petitæ sint allegationes ad ostentationem, sicut facere solent Lutherani prędicatores, simplicem plebem inani scripturarum luctatione seducentes, sicut hic sequens allegatio Psalmi, vbi prorsus nihil habetur, fide accipi innouationem spiritus, sed dicit manum Dei super se grauatum, & se conuersum in ærumna: vnde confessus delictum suum non abscõderit, sed se accusatus & aduersus seipsum agens remissionem peccatorum adeptus sit. Ideo fidem non dicit sufficere, sed multa explicat ad pœnitentiam necessaria, quo accipiat innouationem lactatione spiritus.

Exod. 12. Leuit. 14. Au. Gre. & Hiero. Leuit. 14. Psal. 31.

ARTI

ARTICVLVS IX. DE AVTHO-
ritate ecclesiæ in discernenda & inter-
pretanda scriptura.

Cc. Authfor. Deus sciebat futurum. Vt diabolus verbum
Heb.4. illud viuum,&c.

Scimus quod Paulus inquit, Viuus & efficax est
sermo Dei, pertingens vsq; ad diuisionem animæ ac spiri-
tus &c. at quia author à viuo verbo Dei transtulit se ad
verbum scriptum, vt humanæ imbecillitati cōsuleretur. Il-
lud autem verbum scriptum dicere viuum, in patribus nō
Origenes dum didici. Quin Origenes testatur etiam in nouo testa-
supra Le mento esse literam occidentem. Id quod experimur quoti
uit.ho.7. die in hæreticis & Iudæis, qui mortem capiunt ex scriptu
Aug.li.2. ris: vt pulchre Augustinus tradit: quomodo nigrum illud
contra ad scriptum posset dici viuum: de quo Hiero. inquit, illos
uersarium Christum crucifigere, qui nudam literam sequantur. Con
legis & ꝓsentiunt Ambro. Chrysost. Grego. Bernard. &c. Ita cum
phetarū. tot heroës contradicant: non video quomodo author pos
Hierony. sit defendere verbum scriptum esse viuum. De quo egre-
Mat. 26. gie præ cæteris scripsit doctor Vuolfgangus Calpelmair
Vuolfgā- Bauarus, olim condiscipulus Lutheri, qui solus sufficeret
gus Calp. ad expugnandum errorem aduersariorum literæ mortuæ
incumbentium.

Dd. Author. Cæteri diiudicent.

Aut longe petit, aut in vanum profert, loquitur enim
1.Cor.14 Paulus de prophetis. (Non credas Paulum hic loqui de
prophetis, qui futura prædicunt: sed loquitur de prophe-
tis, id est, expositoribus & interpretibus sanctæ scripturę)
cum ergo duo aut tres prophetę dicant, alij diiudicent, an
recte exposuerint. Author in alijs optime & docte expli-
cat articulum istum: vt nimirum sit, si sensum habeant ad-
uersarij, quomodo dissentiant. At illud A. signatum aduer
sariorum inferius virgula censoria vt par est tractabimus.

ARTICVLVS. X. DE
sacramentis.

Ec Recte & Catholice sentit: at vbi dormitarunt tā pro-
funde glires Luderi: quod non obtulerunt scriptum.
Cum eorum patronus tam pertinaciter negauerit sa-
cramenta efficere gratiā. Ideo Leo Papa x. se. re. eius dā
nauit

nauit articulum. Hæretica eſt,ſed vſitata ſententia. Sacramenta nouæ legis dare gratiam illis,qui non ponunt obicem. Cum audierint & approbauerint librum præſentem: vbi author dicit: Altera,vt ſint certa & efficacia ſigna voluntatis & gratiæ Dei:& proinde non ſigna,vt tantum ſignent,ſed vt ſanctificent: Quæ velim conferatis ad ea quæ veſter prophanus Daniel ſcripſit in captiuitate Babylonica. Leo Pap

Articulus tamen eſſet locupletior,ſi expreſſiſſet numerum ſacramentorum.

ARTICVLVS. XI. DE ſacramento ordinis.

ORdinatio ſeu ordo eſt ſacramentum: tamen in hoc deſidero explicatoria verba,dum inquit. Verbum huius ſacramenti eſt: dum inquit. Sicut me miſit pater, & ego mitto vos: accipite ſpiritum ſanctum,&c. Illa requirunt exactiorem traditionem,quam forte author de induſtria omiſit breuitatis ſtudio: nō potuit eñ illa ignorare, quę ſunt omnibus obuia:& ego in Homilijs de ſacramentis accurate expoſui. Ff Ioh.10.

Author. Elementum vero huius ſacramenti eſt impoſitio manuum. Gg

Deſidero in libro,cur nō aperte protulit,in quibus ordinibus adhibēda ſit impoſitio manuū.ſ.diaconatus,preſbyterij,& epiſcopatus: Nec etiam meminit vnctionis in ſacris literis probatæ: quàm turpiter lancināt & hiſtrionice irrident Neochriſtiani,poteſtatem quoq; ordinis,& iuriſdictionis non bene diſcriminat. Acutius hoc facit Aliacē. & poſt eum Gerſon & Gabriel.

ARTICVLVS. XII. DE baptiſmo.

ORdo non eſt bonus,dicebant veteres: quod ſæpe in authore deſidero: qui apparet eſſe multilegus,ſed qui nunquam publice fuerit profeſſus: ideo arte tradendi caret: debebat ſemper vnum ex alio pulcherrimo ordine naturali protrahere,vt filium ex filio: optimus enim contextus indicat expeditum & intelligentem artificem.

Hactenus fuit dictum de varijs. Itē,de eccleſia,de eius authoritate,de pœnitentia,de ordine,&c. Cur non dudū

egit de baptiſmo, qui eſt ianua eccleſiæ & ianua omnium ſacramentorum : quid ſi quis eſſet ordinatus presbyter nō baptizatus extra de presbytero.non baptiſa . Sed placuit nouitas,alioquin egregium habuiſſet ordinem tractandi apud Petrum Longobardum.

Ii. Cæterum dolo eſſe anxius in aliis: mallem librum tanta cura & eruditione editum,vt non eſſet opus aliqua vel mutare,vel expungere:at dum inquit. Mandatum domini de baptiſmo. Euntes docete omnes gentes,&c. Acutus ſtatim obiiceret,apoſtoli habuerunt mandatum de baptizando: Itaq; ipſi primo fuerunt baptizati: Et Chryſoſt.exiſtimat ex his verbis domini ante paſſionem, Qui lotus eſt,nō indiget niſi vt pedes lauet,ſed eſt mundus totus,apoſtolos tunc fuiſſe baptizatos: nam ſtatim poſt initium prædicationis incœperūt apoſtoli baptizare ex mandato Chriſti, quanquam ipſe non baptizaret.

Matth.18 Chryſoſ. Ioan.13 Iohan. 4

In ſequentibus non video quin catholica ſint ſane intellecta.

ARTICVLVS DECIMVS-TERTIVS. DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

Author. Cōfirmatio innititur verbo Chriſti: qui promiſit patrem rogantibus ſe daturum ſpiritum ſanctum.

kk Manhu quid audio , tot ſententiarij , tot ſummarum ſcriptores tractarūt de inſtitutione huius ſacramenti: nullus tamen confugit ad eum locum , quem author profert: qui tamen in iſta verborum forma apud nullum Euangeliſtam reperitur. pollicetur quidem apoſtolis ſe rogaturum , vt pater illis mittat & det , alium paracletum.

Iohā. 14

Porrò ratio non permittit inſtitutam eſſe confirmationem , vt author præſcribit,quia confirmatio eſt ſacramentum irreiterabile ſi autem confirmatio fieret,dato ſpiritu ſancto ad rogatum. Iam ſæpius reiterari poſſet : Veriores modos & fundatiores narrauimus in Homiliis de ſacra-

ſacramentis.

Author. Et quia nunc infantes.

Appẽdicem illam totam reiicerem, niſi in fine author ſeipſum inclinaret, quia puer baptizatus & cõfirmatus habet maiorem gratiam, quam baptizatus tantum. Sequitur puerum baptizatum & cõfirmatum, morientem præmiari maiori gloria beatitudinis, cuius vnus gradus excellit omnes diuitias mundi. Ideo acceleranda eſt confirmatio infantis, inquit Holcot, & maioris, neq; oportet expectare vſum rationis ait Gerſon. Quod citat concilium Aurelianen. c. 3. Sic etiam citauit Gratianus, ſic Iuo, in Panormia attamen in impreſſo Concilio Aurelianen. non reperitur, quod ſi etiam inuenitur, liquet canonem loqui de adultis, qui ſunt perfectæ ætatis, debent venire ieiuni ad cõfirmationem, facta prius peccatorum confeſſione. LI Iuo. lib. 1

Perperam omiſit præcipuum huius ſacramenti, ſcilicet miniſtrum, Epiſcopum, nam ob hoc ſolum ſacramentum confirmationis eſt dignius quibuſdam aliis, & Lutherani ſacerdotes attentantes nihil facerent, ſicut nec in eorum prophana ordinatione, quàm cuperet Bucer eſſe Epiſcopus, ſicut Nouatus & Aetius.

ARTICVLVS XIIII. DE EVcharistia.

Dormiente Petro vigilat Iudas, certum eſt & experior iam viginti tribus annis hæreticos diligentiores catholicis, qui nec laboribus, nec conſiliis, nec impenſis parcant, filij huius ſæculi prudentiores filiis lucis ait Chriſtus. Proteſtantes fecerunt annotari eorum ſcriptum falſum, quod ſuo loco probabimus, at mei collegæ non curarunt, vt annotaretur ſcriptum noſtrum catholicum, Vbi hic fuit conſignator Buceranus, de quo ab initio fecit mentionem. Matth. 16 Lucæ. 16.

De elemento huius ſacramenti non accurrate diſtinxit, verum facile poteſt in ſenſum catholicum explicare, reliqua videto in confutatione ſcriptorum proteſtantium.

ARTICV-

ARTICVLVS. XV. DE SACRAMENTO pœnitentię.

SI author obſeruaſſet ordinem doctrinæ, tūc totum ar-
Mm ticulum 8. debebat huc transplantaſſe.
Matth. 16 Author. Verbum huius ſacramenti citat Matthæi
Matth. 18 18. & Iohan. 20.
Iohan. 21 Si accurratius expendiſſet, inueniſſet locos illos eſſe di
Iohã. 20 uerſos, vt expendi li. 2. de pœnitentia c. x. & de primatu Petri: Quia ſoli Petro promiſit claues, hic autem omnibꝰ apoſtolis promiſit. Rurſus quod Petro ſoli promiſit, apud Iohannem ei præſtitit, ſed quod diſcipulis promiſit, præſtitit, Iohan. 20. Itaq; ſunt diuerſa.

Author. De ſatisfactione docendum eſt.

Incircumſpecte eſſe dictum apparet, nam titulus articuli eſt de ſacramento pœnitentiæ, modo ſatiſfactio Chri
Nn ſti non eſt ſacramentalis: Ideo minus appoſite huc poſita eſt. Neque ſatisfactio Chriſti eſt ſimpliciter & in ſe propitiatoria culpę, ſed ſolum dum applicatur eiusvirtus & efficacia in ſacramẽtis aut per gratuitam Dei voluntatẽ: Ideo
Patres & ſancti patres & doctores ſic loquuntur in hac materia per
doctores. abſolutionis ſacramentum aboleri pœnam æternam, vi & merito paſſionis Chriſti in ſacramento operantis, eadem commutata in pœnam temporariam: cui ſatisfiat per pœnitentiam à ſacerdote iniunctam, quæ ſolet canonica appellari: aut per opera ſatisfactoria voluntarie ſuſcepta, vt Paulus inquit. Si nóſmetipſos diiudicaremus, non vti-
1. Cor. 11. que iudicaremur à domino. Sic ſcholæ ab Auguſti. edoctæ 500, annis docuerunt. Sic cóncionatores declamarũt ſæculares & religioſi, & in hunc diem faciunt per eccleſiã catholicam.

ARTICVLVS. XVI. DE SACRAMENTO matrimonij.

Oo Vthor. Matrimonij Sacramentum.

AMirum cur diuerſarij non ſunt proteſtati de contrario, & cũm ſint tam prodigi ſcriptorum, cur hic etiam non obtulerunt ſignatum a b ç. cum manibus & pedibus pugnent matrimonium non eſſe ſacramentum: Id quod & alij poſt durandum incaute & imprudenter ſcripſerunt.

Author

Author. Matrimonij Sacramētū solis Christianis, &c.

Mallem fuisset cautior: quia regulariter solet omne matrimonium dici sacramentū. Sic Augustinus ait Sacramentum matrimonij est omnibus gentibus commune: sed sanctitas Sacramenti solū est in ciuitate Dei, & Innocentius Papa. Sacramētum matrimonij est apud fideles & infidele: testis est etiam Paulus. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, nō dimittat illam dicit. Si modo matrimonium est sacramentum apud infideles, quanto magis apud fideles in lege naturæ & scripta: Moyses duxit filiam Ietro, Ioseph Putifaris, Naason Raab, Obeth Ruth, Salomon filiam Phoraonis, Samson Philisteam. Quare incaute dictum. Sacramentum matrimonij solis Christianis peculiare: Si limitasset, quia apud infideles & veteres non est Sacramentum veritate significationis & sanctificationis, sicut Brulifer inquit Matrimonium infidelium est dimidium Sacramentum, quia bona matrimonij sunt mutila & imperfecta apud infideles ait Richardus Et hoc est quod rotunde dicūt nostri, apud infideles est legitimū matrimoniū, sed non ratum: Neque August. neq; Ambro. his cōtradicūt. 27. q. 1. Idololatriā, & c. quęsiuit de diuor. Quę omnia prolixe tractaui Homilia. 71. De Sacramentis. Si author profundius trutinasset verba sua, nō hæsisset in hoc, quoniam verbum Christi adfert pro hoc Sacramento Matth. 19. sed Christus ibi loquitur de coniugio Adæ & Euæ: quare oportuit agnoscere esse ibi Sacramentum, licet non magnum illud in significatione, vt Paulus affirmat. in Christo & ecclesia.

August. Innocen. c. gaudemus de diuinor.

1. Cor. 7

Auguf. & Ambrosi.

Ephesi. 5.

ARTICVLVS XVII. DE SACRAmento vnctionis infirmorum.

HVnc articulum verum & catholicum, à declamatoribus Lutheranis & ecclesiasticis admissum, laici ex protestantibus repulerunt, & recantarunt. De quo infra loco suo.

ARTICVLVS XVIII. DE VINCVlo charitatis, tertia nota ecclesiæ.

SAtius esset hunc articulū omittere iuxta ea quæ superius dicta sunt de ecclesia: Vnde author recte per magnū & doctū virū fuit admonitus, vt mallet profiteri

vinculum vnionis,quàm charitatis,ne mali excluderentur ab ecclesia:omitto,quo aliqui sunt electi secundum præsentem iustitiam,alij vero secundum æternam prædestinationem,qui sunt veri electi: & tamen non semper habent vin-
2. Rge. 11 culum charitatis contra impium Iouinianum,sicut Dauid
Ibid. 24 adulter,homicida,superbus numerator populi,Non discutio, qua ratione citarit authoritates, alioquin non deesset quod dicerem.

ARTICVLVS XIX. ECCLESIAE Hierarchico ordine &c.

QVàm fluctuat author, quia non ædificauit supra firmam petram, sed super arenā:si esset solide in Theologia doctus,obseruaret ordinem doctrinæ:& non iā tertio rediret ad ecclesiā & eius authoritatē.

Declaratio vero erudita est,& quæ frangere possit ceruices aduersariorum : Ideo iterum scriptum exhibuerunt minime Euangelicum. Quod inferius sub incude, vt metetur,fortiter prememus.

Author.Sic tamen vt hæ cæremoniæ,& c.

Qq Nimis hic extenuat cæremonias:Et vtcunque catholice & doctissime articulum hunc deduxerit:tamen Lutherani,vt aranea,non sugent dulcedinem,sed venenum,& attrahent ea, quę vel ad corticem literæ coram indocta plebe,eis suffragantur,etiamsi sciant hoc esse contra authoris mentem Cauisset hoc author, si arctius strinxisset intentum.Quid enim ædificat in plebe, dicere,cęremonias esse tantum incitamenta & retinacula pietatis, ac si opera externa cæremoniarum non placerent deo . Vt non dissentiant ab Euāgelica puritate. Omnino scādalosum est hoc ac si cæremoniæ in catholica ecclesia obseruatę dissentirēt ab Euangelio,quasi laqueos conscientiis iniicerent, quasi Christianæ derogēt libertati, hæc omnia Lutherica sunt, non catholica . Nam mox stentorea voce vociferabunt, ieiunia soluemus,festa sint libera,in quibusque diebus carnium & ouorum esus sit licitus, quia præcepta illa ac inhibitiones sunt contra libertatem Euangelicam . Ita impie præcinunt rudi populo , nouitatum & licentiæ studioso. Itaque satius fuisset caudam huius articuli vna litura circunducere.Non enim potest nisi scandalum parere,apud

eos

eos qui propensi sunt, vt ab ecclesiæ obedientia recedant, cum audiant iustitiam nostram ab externis obseruationibus non pendere. Sacerdos ergo paruipẽdet dicere horas canonicas, quia externum. Monachus negliget matutinas & ieiunia, quia externum, Nihili faciet peccatorum confessionem, quia externum. Vt in paschate sumat Eucharistiam floccifaciet, vt externum, cum mille similibus. Non est scandalosissimũ, quod in fine addit. Cęremonias posse omitti si absit scandalum & contemptus. O author, si hoc tacuisses, satius fuisset, cum omnis inobedientia sit verus vel interpretatiuus consensus. Non excutio, quam violente torqueat allegationes sacrę scripturę, quæ prorsus nihil faciunt, neque probant, quę ille molitur probare.

ART. XX. DOGMATA QVAEDAM ab ecclesia declarata & firmata.

1. DE INVOCATIONE SANCTORVM.

AVthor. Nec damnandum est, si quis religiosa. R r

Quòd fatetur non damnandum, si quis sanctos etiam nominatim appellat. Hoc catholice asseritur. at quod annectit, sed extra præces, quæ ad altare offeruntur. Hoc impium est, & ecclesiæ catholicæ dehonestatiuũ quę nõ modo nominatim appellat plures sanctos in Canone maiori missę: sed etiã in peculiaribus missis secundũ occurrentes sanctorum festiuitates, collectas de sanctis nominatim habet, licet per mediatorem Christum, vt alias, concludat. Ergo affirmare sanctos nominatim appellandos, sed extra pręcęs ad altare, hoc est totius ecclesię catholicę cõsuetudinẽ improbare. Ideo atro lapillo notãdus est hic locus & expungendus, tanq̃ insolens, & ecclesiæ rebellis.

Quod si insurgat aliquis vir doctus, & obiiciat, authorem clare admittere inuocationẽ sanctorũ, quando ad ipsos vertitur oratio, vt in letania fieri solet: qua ratione inuocãdi in orationibus missæ ecclesia vtitur, vnde repręhẽsio illa est mera calumnia. At obiicienti ego respõdeo. Parcius ista viris, nullam facio authori calumniã. Nam quod tribuit authori, eum admittere inuocationem sanctorum, quãdo ad eos vertitur oratio, vt in Letania, qua ratione inuocandi Ecclesia in orationibus missæ vtitur, illam enim palliationem non admittit author libri, sed prorsus exclu-

dit reiicit,cũ inquit, Sanctos nominatim appellandos,sed extra preces, quæ ad altare offeruntur : quis hic non videt glossam esse contra textum . Glossator dicit , nominatim inuocandos sanctos , vt in Letania & orationibus missæ. Textus authoris habet eos non inuocandos in precibus ad altare oblatis,sed extra: Nisi quis hic torqueat,orationes in missa non esse preces quæ ad altare offeruntur.

R r Concil. Cartha. cap. 23 — Quod citat concilium Carthaginen.facit more solito, hoc est,allegat,& nihil ad propositum, Nam ꝙ orationes ad sanctos porigantur patri per filium : Id fit in & extra missam,in singulis etiam horis canonicis : & est noua forma orandi Euangelica à Christo tradita. Amen amen dico vobis:si quid petieritis patrem in nomine meo , dabit vobis , vt latius explanauit Homilias dominicæ . post pascha. Concilium itaque Carthaginen.3.nihil constituit de sanctis inuocandis : sed præscribit formam concludendi collectas per mediatorem Christum. (Iohan.16)

S s — Author. Sancti tantum vt conserui implorantur, non secus quàm qui nobiscum sunt adhuc in carne.

Quantum extenuat intercessionem sanctorum & beatorum, vt non possit non scandalizari plebs hæc audiens: Nam beatos & omni miseria exutos,ciues cœlorum , non ardentius,efficatius & placabilius Deum pro nobis orare, quàm viatores infirmos,fragiles,peccatores, adhuc in mari fluctuãtes,qui necdum portum salutis attigerunt : Hieronymus improbat in Iouiniano. Aduersatur etiam consuetudini ecclesiæ, quæ in letania inquit S . Petre ora pro nobis:sed nullum ex viuentibus quantumcunque sanctum sic inuocat. Idem fit in Canone maiori missæ:& in publicis missæ &'orandi officiis memorãtur cœlites in collectis, & solenniter officia de eis aguntur , sed de adhuc viuentibus nulla collecta intercessionis habetur,nec officium solenne. Imò ecclesia prohibuit,ne quis pro sancto veneretur , qui iudicio ecclesiæ non sit in canonem receptus , vt in cap.1.&.2.de reliq.& vener. sanct. in antiquis , & August.de Ancona.q.14. (Hierony.)

At surgit aliquis pro authore libri,& fatetur beatos efficatius orare pro nobis,q̃ viatores:sed vtatur hic quasi argumento à minori;quia si conserui viatores minori charitate

tate orant pro nobis in hac vita,multo magis pro nobis orant ſancti præditi maiori charitate: ſed author excludit benignā illam interpretationem: Ait enim, Tantum vt cō ſerui implorentur. Pondera tantū: Et quorſum tendat exclusio,ſubiicit. Non ſecus,quàm qui nobiſcū ſunt in carne: pondera,nō ſecus: nā fucos excuſationis non admittunt.

Quod ſi in ſcholis eſſem,obiicerem defenſori. Non cō mode factum argumentum à minori, hoc loco: quoniam etſi bona ſit argumentatio,& ſentētia mea efficax ad probandū:tamen apud diuerſarios, quibus hic author blanditur,nihil euincit:admittunt enim antecedens. Viatorem inuocandū vt intercedat:at negant illationem à maiori & illatū,ergo ſancti ſunt inuocandi,vt intercedant:licet nouerim quomodo eorū temeritas apertiſſime cōuincēda ſit.

DE IMAGINIBVS EO. ART.

Tt

DE imaginibus recte author, niſi quod Iconoklaſtæ pro ſe arripere poſſent(quod ſolent facere captiunculatores)dum ait. Imaginum vſum non in totū eſſe damnandum:nam exiſtimo,neminem vnquam fuiſſe tā ſtolidum,qui vſum imaginum,in totum damnaſſet.

Vt autem ſit pinguior declaratio libri,addendum apparet. Imagines conferre non ſolum,quia excitent ad geſtorum memoriam & recordationem:ſed etiam ob id,quia inſtruunt ſimplices,admonent ſcientes, & afficiūt omnes.

Contra hęreſim Fœlicianam hoc quoq; addatur(quia aliqui prælati eccleſię imprudenter in genere,negauerunt imagines adorandas,vnde puſilli ſcandalizantur)venerabiles eſſe imagines,ſed non adorandas per ſe:at poſſe adorari,quando adoratio terminatur, non ad ipſam imaginē, Baſilius.
ſed ad id quod imagine ſignificatur,& vt Baſilius ait, referatur ad Prototypum. Ideo lapſum arbitramur authorē cum ait. Non autem ipſa imago veneretur.

Mirum quod proteſtantes hic nullum ſcriptum exhibuerunt,cum Argentinen.& Conſtantien.modo illis cōiuncti acerbiſſime imagines reiiciant, & idolatriæ accuſent, & maximè Bucerus,qui etiā obtulit cum quibuſdam aliis ſe defenſurum diſputationē Bern. Ego qui laceram illam &miſeram diſputationem Biblicis ſcripturis & authoritate patrum ,& confutaui, ac edidi, nihil vidi quod

gigantes illi respõderint 13. annis, at si malæ causæ eorũ ita cõfidũt, adhuc respondeãt, nõ cedet ex arena Eckius.

DE MISSA EO. ARTICVLVS.

Vu HOc merito displicet non solũ mihi, sed & multis bonis catholicis, quòd author aliquas materias cõtrouersas, maximi dispẽdij, vt de inuocatione sanctorũ de imaginibus, & de sacrificio missæ &c. cõmisceat, vt non dignatus sit illas sub propriis titulis & articulis proponere, sed nouã inscriptionẽ præfixit. Dogmata quædã ecclesiæ authoritate declarata & firmata, quasi illa non haberemus quoq; ex scripturis, sed voluit Lutheranis adulari & dogmata appellauit, ac si essent philosophorũ placita, aut Hippocratis decreta: sed omisso suspecto & neglecto titulo, veniamus ad rem.

Xx Author. Victima in cruce immolata, non minus hodie est efficax &c.

Hanc impietatẽ aures Christianæ ferre non valent, dicere Eucharistiæ oblationem in missa esse tam efficacẽ hodie, quando religiosa fide deo repræsentatur, sicut fuit in cruce eo die, quando de sacro latere sanguis & aqua exiuit Sic præcipitant sententias suas, qui nunquam in scholis sunt exercitati. Si oblatio hodierna est æque efficax, sicut in die parasceues in ara crucis, sequitur nullam esse distantiam inter sacrificium cruentum & incruentum, nullã esse differentiam inter oblationem veram realem, & inter repræsentatiuam: Nihil referre, inter Christum vere oblatũ, & exemplar illius & cõmemorationem semel facti sacrificij. Sequeretur si essent oblationes æque efficaces, essent eiusdem valoris: oblatio autem Christi in cruce fuit infiniti valoris, quia ipse est propiciatio pro peccatis nostris &
1. Iohã. 2 totius mundi: & vt Bernard. ait, etiã si essent infiniti mun
Bernard. di: oblatio autẽ quotidiana in missa est finiti valoris, alioquin sufficeret quotidie vna missa in toto mundo: Alioquin sufficeret vna missa pro anima defuncti, quod statim liberaretur, imo omni die totum purgatorium euacuaretur, quia missa esset infiniti valoris. Sequeretur etiam vnã sufficere missam pro defuncto, nõ esset opus anniuersario, septimo, velut tricesimo: Nulla esset porro differentia applicationis missę cũ eius efficacia esset infiniti valoris. Vnde

de fanctus Auguftinus curans miffam celebrari pro mor- Auguft.
tua matre ad oftia Tybernia,æque profuiffet miffa illa omnibus eo tempore mortuis. Et nec ftulto dictum authoris eft verifimile, oblationem quotidianam effe æque efficacẽ ficut illam in cruce: Cum plus fit femel fe in mortem offerre, quàm millies millies illius paffionis & mortis memoriã celebrare: Vnde valor miffæ finitus, valor mortis Chrifti infinitus. Ideo femel mortuus eft, femel oblatus eft in ara crucis, cuius tamen memoriam quotidie agimus in myfteriis: pulchrum eft quod Ambrofius ait: In Chrifto femel Ambrofi'
oblata eft hoftia potens ad falutem. Quid ergo per nos? Nónne per fingulos dies offerimus? Etfi quotidie offeramus, ad recordationem mortis eius fit, & vna eft hoftia nõ multæ, quia femel oblatus eft Chriftus. Hoc autem facrificium exemplum eft illius. Chriftus hoftiam obtulit ipfam offerimus & nũc: fed ꝙ nos agim' recordatio eft facrificij.

Nemo ergo reducat nobis propofitiones, vnã miffam æque efficacẽ omnibus animalibus, ficut vna candela illuminat totã habitationẽ: Nemo torqueat Hiero. Cum pro De confe.
centũ animabus miffa vel pfalmus dicitur, nihil minus, q̃ fi di f. 5. non
pro vno quoq; eorũ diceretur, accipitur: nam qua ratione mediocri-
dicat, præiecit. Melior eft quinq; pfalmorũ decantatio, cũ ter.
cordis puritate & ferenitate & fpirituali hilaritate, quàm totius pfalmi modulatio cum anxietate cordis & triftitia.

Stat ergo quòd diximus, authoris dictum vt falfum, & fcandalofum prorfus reiiciendum: Minuit enim dignitatem & efficaciam amariffimæ paffionis & mortis domini Iefu Chrifti.

At furgit quifpiam eruditus, plus nimio affectus libro: Id quod in libro reprehenditur, eft veriffimum, vnam fcilicet oblationem Chrifti femper effe eiufdem virtutis, neque effe aliquo pacto ob diuturnitatem temporis imminutam: differt tamen ab oblatione facerdotis, & efficacia eius nobis applicatur per oblationem facerdotis, quibufdã magis, quibufdam minus, &c. At moneo defenforem iftum, vt verba libri recte infpiciat: nam hoc liber non habet, ꝙ ille affumit, vnam oblationem eiufdem virtutis: hoc fciuimus, oblationem Chrifti & eius virtutem femper duraturam, quandiu fæculum ftabit: Hoc debebat tueri defenfor,

oblationem quotidianam in missa,tam efficacem esse,sicut in cruce,fuso sanguine & aqua,ac posita anima, quod est falsissimum,& egregie confutat inter iuniores præpositus Gabriel:licet enim sit idem Christus,qui vtrobique offer-
Lect. 27 tur,ac ita in oblato nulla est differentia, sed in modo offe
Canonis. rendi,ac efficacia oblationis: At hic defensor relicta tutela libri,hoc ipsum fatetur: quia alia sit oblatio sacerdotis, alia etiam efficacia secundum applicationem sacerdotis plus vel minus. Vtinam hanc materiam in corona doctorum virorum,publica disputatione,deberem ventilare. vbi etiam hoc adderem. Oblationis in missa efficaciam nō esse eandem vel æqualem(non respicio hic ad sacerdotē bonum vel malum,deuotum vel frigidum)quia offerēs principalis,ecclesia militans, cuius minister est sacerdos, non semper est,æqualis meriti & acceptationis apud deum,sed in vno tempore plus,in alio minus. Vtcūq; Henricus G. nitatūr in contrarium: licet in declamationibus ad populum,magis secutus sim S. Tho.cuius opinio non solum apparet vera,sed etiam plebs facilius intelligit. Aliud paradoxum quoque defenderem, missæ efficaciam itidem ex opere operato,non esse æqualem, etiam eodem tempore: at quia aduersarij ista non intelligunt,missa facio.

Yy. Author. Ecclesia seipsam offert in missæ sacrificio.

Quantum placet nouitas:etsi tres libros scripserim de sacrficio missæ ante 15. annos, & sæpe hanc materiam in scholis Theologicis disputaui,etiam ante triginta annos: vbi diligenter legi sanctos patres & doctores, non recolo tamen me legisse, quod ecclesia offerat seipsam in missa: hoc inueni, ecclesiam se offerre per opera misericordiæ Deo viuenti:Inueni quod iusti offerunt Deo corpus & vitam,vt ecclesia martyrū:hoc inueni, quod Paulus docuit ecclesiā,exhibeatis corpora vestra,hostiam viuā,sanctam,
Roma.12 Deo placentem. Hoc inueni,quod sacrificiū Dei est spiritus tribulatus,cor contritum & humiliatum. Inueni quod
Psalm. 50 tota ecclesia offeratur à Christo Deo patri, & est sacrificium vniuersale Christianorum,quod fit etiā in missa: At quod ecclesia seipsam offerat in missa,nō memini me legisse,nec credo verum. Sicut non dubito ecclesiā à Christo in cruce Deo patri oblatum, & quotidie offerri in missa.

At venit

At venit defensor, quod ecclesia seipsam offert in missa, expresse dicit Augustinus lib.x.de ciuitate Dei. Dico acutum disputatorem debere reddere singula singulis: Augustinus nunquàm hoc dicit, quòd ecclesia seipsam offerat in missa, sed quod offeratur: & hæc est rei veritas: quod liquet ex verbis eius in fine capi.6. Hoc est sacrificium Christianorum, multi vnũ corpus sumus in Christo: quod etiam sacramento altaris, fidelibus noto, frequentat ecclesia, vbi ei demonstratur, quod in ea oblatione, quam offert, ipsa offeratur: Aduerte non dicit, quod seipsam offerat, sed in ea oblatione, scilicet Eucharistiæ, quam offert ecclesia, ipsa etiam offertur, at non per se, sed per Christum, qui est sacerdos magnus, qui corpus suum verum obtulit in cruce, iam quotidie offert corpus suum verum & mysticum in missa. August.

Author. Dona quædam tam panis quàm vini offerebat. Zz

Quod sub missa varia solebant offerri, in ecclesia, hoc hodie obseruatur in Germania & Græcia, vbi offeruntur panes vina, cera, farina, panni, oua, sal, & panis omni domini eo die, vt audio, benedicitur in Gallia, quem morem suo tempore obseruatum in Aphrica testatur Sanctus Augustinus: sed quid hæ oblationes laicæ, ad diuinissimam oblationem sacerdotalem in missa, cum vnum tantum sit sacrificium externum ecclesiæ, scilicet Eucharistia: multa tamen alia offerantur, iuxta c.omnis Christianus, de conse.distinc.1.& cap.statuimus 16.questio.1. Et Dauid lætabatur, quando vidit cunctum populum ingenti gaudio offerre donaria.1.Para.vlt. Et hoc præcepit Deus per Moysen Exodi.23. Non apparebis in conspectu meo vacuus: Offeruntur itaq; vel ex præcepto, vel consuetudine, vel deuotione. Et ad honorem dei, vt agnoscatur tanquam summum bonum, rector & gubernator supremi dominij, & in suorum ministrorum sustentationem, tamen huiusmodi oblata non sunt, quæ perferantur per manus sancti angeli in sublime altare Dei, in conspectu diuinæ Maiestatis suæ, sicut est sacrificium missæ vnicum, sed sic præsentantur sicut aliæ orationes fidelium, & actus latriæ, Deo debiti. August. 1.Par.vlt. Exod.13

ARTICVLVS. XXI. DE ADMINISTRAtione sacramentorum & cæremoniis quibusdam speciatim.

&& Vthor duas recenset sententias. Vnã falsam & damnabilem: sacerdotem non debere celebrare missam, nisi habeat cõmunicantes: Alteram, quod possit celebrare, modo assint, qui spiritaliter cõmunicent: Bucer dolose adiecit in margine ea, quæ duo collegæ mei, Pflugius & Gropperus annotarunt: hæc scilicet verba. Huius sententiæ nos sumus, & ita posuit, vt simplex Lector, potius ad primam sententiã se applicaret, quã secundam. Sic fraudibus, vti solent vulpes, demolientes vineam domini sabbaoth.

ucer. flugius. ropper.

At quia illa prima sententia est contra vsum & cõsuetudinem totius ecclesiæ, contra fundationes ecclesiarum cathedralium & collegiatarum, contra ius parrochiale, cõtra vltimam voluntatem eorum, qui beneficia fundarunt, contra ritum & obseruantiam omnium bonorum religiosorum: Nulli etiam rationi consonat, sed ex fonte promanat hæretico, nũquam persuadebor præfatos dominos collegas meos, fuisse illius peruersæ & ab ecclesia alienæ sententiæ, sed potius ipsos indicasse secundam eis placuisse sententiam.

Author. Quoniã vtriq; de sententia sua sunt persuasi.

Illud est consilium malum, totius Ecclesiæ & Christianæ deuotionis destructiuum, multas in se hæreses cõplectens. Nam primo errant, quod nolunt celebrari missam, nisi adsint cõmunicantes. 2. Quod nolunt plures celebrari missas in vna ciuitate vel ecclesia eodem die, etiã si sint L. beneficia fundata, aut L. monachi in vno monasterio. 3. Consectarium est, sacerdotem, etiam si habeat cõmunicantem, nõ debere tamen celebrare missam: si sit alius, qui legat publicam & communem missam eiusdem ecclesiæ. 4. Turpissime & impie errant, omnes missas priuatas abrogando, siue fiant in priuatis sacellis, siue celebrentur in altaribus seorsum, extra vnum cõmune & publicum altare: hinc in multis ecclesiis, altaria Turcice funditus diruerũt. 5. Sacrificuli eorũ pigri & mordẽte conscientia, hanc etiã inuenerunt impietatem, vt ipsis celebrantibus & consecrãtibus, ac laicis communicãtibus, ipsi se à cõmunione contineant,

Lutherãi celebrant, & non cõmunicant

tineant, contra totius ecclesiæ consuetudinem, contra omnem honestatem, contra expressam concilij Toletani constitutionem: quæ sic habet. Quicunq; sacerdotum diuino altario sacrificium oblaturus accesserit, & se à communione suspenderit: ab ipsa qua se indecẽter priuauit gratia cõmunionis anno vno repulsum se nouerit: Nam quale erit illud sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse cognoscitur? Ergo modis omnibus tenendum est: vt quoties cunq; sacrificans corpus & sanguinem Iesu Christi domini nostri in altario immolat: totiés perceptionis corporis & sanguinis Christi, participem se præbeat. Conci. 12 c. 5.

Et rationabiliter loquitur canon, quia cum sacerdotes sint pastores, rationi aduersatur, quod laicos pascuut & nõ seipsos: Cum populum ad synaxim inuitant, eam laudant ab effectu sacramenti: quis eis credet, si ipsimet non communicãt: Nam ipsi maiori debent pollere munditia & sanctitate, quibus peculiariter dicitur: sancti estote, quoniam ego sanctus sum: At vrget eos conscientia in eorum Epicurea & Iouiniana vita, vt ad sancta sanctorum ingredi non audeant: quantuláмеnq; sibi excusationem fingentes. Sed diabolus insidiabitur calcaneo eorum: dum in fine vitæ vermen excitabit conscientiæ, qui non moritur, sicut nec ignis extinguitur. Leu. 11. 19 Deut. 7 Isai. 66

Missas priuatas semper fuisse in ecclesia proprio libello probaui, in hoc conuentu Ratisponen. edito: ad quem Bucer nondum respondit.

Admisso consilio, iam via esset hæreticis facta ad sepeliendum missam penitus: Id quod Zuingliani, iam fecerũt Argentinæ, Cõstantiæ, Basileæ, Bernæ, Meminge, Augustæ, Vlmæ, & cohærentibus: Idem eueniet apud Lutheranos: nam frigescente charitate, iam octo diebus nullus adesset cõmunicans: Postea, per mensem. Deinde, per trimestre, &c. & sic paulatim euanesceret missa: Vbi tunc maneret iuge & quotidianum sacrificium in Ecclesia Dei? Ad quid zelus veterum Christianorũ fundasset I. Monachos aut sacerdotia ĩ vno loco, si sufficeret vna sola Missa publica in septimana aut mense. Quot fratres in vno monasterio collegit sanctus Benedictus, S. Maurus, S. Leonardus, S. Pirmunius. Et apud S. Gallum aliquando quadringenti Sepelire. missam. Zuinglia

ti fuerunt fratres. Ad quid tot altaria, tot capellæ, in & extra Ecclesiam, ab antiquissimo tempore sunt in vno loco cõstructæ, sicut B. Gregorius tredecim meminit altarium Sanctionis extructorum.

Mala quæ ex cõsilio

Cum Missa prosit viuis & defunctis, ac toti Ecclesiæ: cur ob defectum non communicantium sacerdos vellet illos priuare fructu tam vtili & necessario? Et quia Missa celebratur, etiam aduersariorum sententia, vt recolatur memoria passionis Christi & mortis: modo laici etiam non communicantes, tamen astantes Missæ, priuantur illo commodo: vt nec excitentur ad gratias agendas, redemptori Christo: nec simul spiritaliter offerant cum sacerdote in Missa, hostiam illam viuificam, vti alias à deuotis fidelibus fieri solet.

Pures missæ bonæ.

Et vt rem planissime dicam, quam Laicus quisq; cordatus facile intelligat. Si bonum est memoriam mortis Christi & sacrificium in vna Missa agere, & Deo placet: quãto magis diuinæ placebit maiestati, si sæpius & pluries fiat in eius commemorationem: Et hæc ratio obiecta est Ludero in Schmalckhaldia: & frigide respondit.

Ad hæc cauteriatas faciet conscientias habentibus beneficia fundata ad plures Missas: quomodo enim illæsa cõscientia possunt illas omittere, contra supremam fundatorum voluntatem, quos debitis defraudant suffragiis. Nam si etiã nullus ex plebe sit idoneus ad communicandũ, ipsi parent se idoneos iuxta beneficij institutionem.

Sicca missa.

Impium & blasphemum est nouum aliquorum cõmentum, & à Christo passo in ecclesia inauditum, de sicca Missa, iuxta vulgare Germanicũ. Eam autem appellãt siccam, quãdo die dominico aut festo sacerdos simulat omnia quę sunt celebrantis. cum introitu, collecta, epistola, Euãgelio & cãticis: tamen quia non habet communicantem, nec ipse vult communicare, ideo non consecrat, sed est Missa sicca sine Eucharistia, sine corpore & sanguine Christi: Nõne hoc est irridere Deum, & illudere Christo cum Iudęis faciem eius velantibus, spectaculi more simulare id, quod in veritate non agitur?

Consiliũ

Postremo author libri hic aduersatur Cæsari, similiter duo collegæ mei, qui committunt Cæsareæ Maiestati, & ordini-

ordinibus imperij Consilium illud an profit,expendendũ Nã Catholicus & gloriosissimus princeps Carolus Impe. noster,tã in indictione huius conuentus,quàm in tota hac actione,semper protestatus est,quod per acta & deliberata nullum fiat præiudicium recessui Augusten.in quo roboratur edictum Vuormacien.contra Ludderum & adhę rentes Anno salutis 1 5 2 1. emanatum, At in recessu Augusten.huiusmodi articulus continetur. libri contra Cæsa.

Similiter debent publicæ & priuatæ Nissæ,cum Cãticis,& incorporatione maiori & minoris Canonis, & aliis orationibus,vestibus,cæremoniis& ordinationibus,omni modo sicut hactenus laudabiliter in Ecclesia Catholica obseruatum est,& hodie obseruatur,peragi,& in his omni bus nulla mutatio aut nouitas attentetur.

Alius quoque articulus in eo habetur. Item,specialiter debent ecclesiæ cathedrales & collegiatæ, monasteria, parrochiæ,beneficia,cum eorum statutis, ordinationibus, regulis,institutionibus,fundationibus,Canticis, Lectionibus,Prædicationibus,Missis,orationibus,sepulturis, & consuetis laudabilibus & vsitatis cæremoniis Christianis, sicut hactenus in Ecclesia Catholica exercentur,manuteneri ac defendi.

Cum ergo constet de mente Christianissimi Imperatoris nostri,male obtruduntur ei aduersa & minus Christiana consilia,& quod antea tam maturo ac deliberato consilio,vna cum ordinibus imperij, conclusit ac per imperium publicauit,iam denuo reuocet in dubium, ac tanquam rem incertam denuo expendat, an sit vtile tranquillitati ecclesiarum. Ea quæ semel certam habuerunt & concordem definitionem, non debent iterum in dubium reuocari. 24.q.1.c. maiores.

In summa,qui consulunt Missam in totum aboleri, vt Zuingliani,aut in parte,sicut Lutherani,aut qui in voluntatem celebrantium conferunt,vt author libri, omnes illi sunt præcursores,& præparant viam,non domino, sed Antichristo,qui auferet iuge sacrificium iuxta Daniel. vaticiniũ,& ponet abominationem in desolationem. Danie. 12

DE COMMVNIONE SVB VTRAque specie sub eo. Art.

Author

A 1 Author. Cum plurima plebs Germana sit persuasa.

Requiro melius hic iudiciũ & cãdidius in authore: vult enim Germanæ plebi debere permitti hanc communionẽ liberam, vt sub vna vel duabus speciebus cõmunicet: Hoc posset fieri, sicut Basileæ fuit actum cum Bohemis, & in Augustanis Comiciis fuit tentatum cum Lutheranis: At quod hanc rationem affixit, quia plebs sit persuasa mandatum Christi requirere integra Sacramenta: & cauendũ est ne quis ad sacrosancta mysteria participanda accedat cum mala conscientia insinuat hoc: si ille habet conscientiam de sumenda vtraque specie: sumit vnam tantum, format sibi desuper conscientiam. At friuolæ sunt hę rationes ac temerarię. Imo concludunt potius contrarium, ecclesiam nõ debere eis permittere vtranq; speciem: quia plebs Germana sic esset persuasa in errorem: Et sic ecclesia permittendo, firmaret in eis errorem: quia credunt vniuersalem ecclesiam facere contra mandatum Christi, contra institutionem Christi: & permittẽdo ecclesia roboraret eorũ falsam sententiam, vbi æstimant omnes laicos catholicos malefacere, omittendo alteram speciem. Author non nouit modum sanctorum patrũ & ecclesiæ, in his erroribus expugnandis: non enim extinguuntur hæreses permissionibus, sed dũ contraria statuuntur. Vt dum Nestoriani negarẽt Mariam esse Theotokon, sed Christikon: ecclesia: hoc nõ permisit, sed condemnato Nestorio in concilio Ephesino etiã prohibuit, ne diceretur Christotokos, quãuis ipsa benedicta mater vere sit Christotokos. Sic dũ Hebionitarũ hæresis inualesceret, legalia obseruanda cũ Euangelio, vnde negabant posse confici in pane fermẽtato, eo quod omnis oblatio quæ offertur domino, sit sine fermento. Hanc hæresim non permisit Leo tunc Papa, sed contrariũ pręcepit, vt omnes infermentato conficerent; vt Richardus & alij meminerunt.

Leuit. 2
Leo Papa

Non tamẽ in totum reiicio, vt permitti non possit illis vtraque species, sed non illa ratione, quam author libri, sequtur, sed sicut Cæsarea Maiestas in cõcordia obtulit Lutheranis Augustæ ad imitationem concilij Basilien. sub eiusmodi articulis & punctis. 1. Quod credant cõmunionem sub vtraq; specie nõ esse præceptam. 2. Quod credãt & ita

doceant laicos non peccare, qui sub altera specie tantum communicant. 3. Credãt & doceant non plus sumi sub dua bus speciebus quàm sub vna. 4. Quod sub vna specie suma tur totus Christus, id est, tam corpus eius, quàm sanguis. 5. Quod diuersarij in ecclesijs suis, laico petenti alteram spe ciem, non denegent. 6. Cura adhibeatur per vtranque po testatem, ne Sacramento calicis irreuerentia exhibeatur. Hanc concordiam & sub huiusmodi schemate, si author proposuisset, Catholici forte non fuissent aspernati: at hæ reses & erroneas confirmàre persuasiones, vt author libri facit, ecclesia non consentiet.

Cõmunio sub vtraq; specie eatenus permittenda.

QVA LINGVA SACRAMENTA administrentur sub eo. Tit.

Nihil offendit, nisi sententia authoris esset, in Missa epistolam & Euangelium non legenda latine: quia sic reiiceremus eum. Bene tamen agitur in ecclesia latina, vt Missa eadem lingua legatur, ad Vualden. errorem cauendum. A 2.

ARTI. XXII. DE DISCIPLINA Ecclesiastica.

Author. Qui contra professionem & votum contraxerint.

Displicet, & nõ parum suspicionis habet, quod author præcipuos articulos nostra tempestate cõtrouersos, nescio quomodo furtiue commiscet, vt sub propriis titulis nõ per spiciantur. Ita fecit superius de veneratione sanctorum, de imaginibus, de sacrificio Missę. hoc idem iam facit de cœ libatu cleri, & de votis monasticis: cum tamen viderit Lu theranos in confessione Saxonica Augustæ, illa suis titulis propriis distinxisse & proposuisse.

At veniendo ad rem, primo author ait, Contrahẽtibus contra votum, episcopus loci humanitatem facere potuit, Hoc verum est & habet Canon 16. Concilij Calcedon. sed non dicit quod in coniugio perseuerabant: sed potius oppositum probatur, quia, inquit, ipsis confitentibus, & sic se accusantibus, & proprium facinus improbantibus, epi scopus loci potuit eis humanitatem ostendere, non tam seueram pœnitentiam eis iniungendo, sicut rigor canonũ exigebat.

A 3. Conciliũ Calcedõ.

Author,

A 4. Author. Matrimonium tamen non dirimit, & testatur Augustinus.

Extra qui cle. vel vouend. 27. dist. c presbyter 27. q. 1. ca vidua.

Hoc inquam est falsissimum & de iure & patribus improbatum, expressam, scilicet professionem & votum non dirimere matrimonium, quia contrarium definitum est in c. consuluit c. insinuante extra. Qui cler. vel vouent. & 27. distinctio. c. presbyteris. c. vouentibus: Et in allegatis causa & quæstione c. vidua c. & quia aliquos c. vt lex c. quę Christo cum concord. Et in eo ipso c. nuptiarum, quem allegat author, expresse dicit August. de vouentibus. Non solum nuptias capescere, sed etiam si non nubant, nubere velle, damnabile est: quod etiam Hierony. eisdem ferme verbis testatur. At sequentibus verbis deceptus fuit author, in hac materia non satis eruditus, cum Augustinus dicit dānari fidem voti fracti, quia primam fidem irritam fecerūt: sed non damnari nuptias & matrimonia: simile quid dicit Theodorus. Verum in scholis didicisset votum simplex impedire matrimonium, sed non dirimere contractum: nō enim separantur ab inuicem c. rursus c. meminimus. Qui cler. vel vou. &c. quidam dist. 17. & sunt verba B. Augustini ad Iulianum. Votum vero solenne & impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum, per iura superius allegata: Loquitur ergo Augustinus de voto simplici, non de solenni, & expressa professione, Hoc debebat author didicisse ex Graciano post dictū c. presbyteris sic dicentem. Hinc distinguendum est, quod vouentium alij sunt simpliciter vouentes, de quibus Augustinus & Theodorus locuti sunt, alij sunt quibus post votum benedictio accedit consecrationis, vel propositum religionis: de quibus Hierony. & Nicolaus, & Calixtus scripserunt.

Hierony.

August.

Extra qui cle. vel vou.

August.

Quod odiosius perstringit monachorum ordinem prę cæteris, non videtur ex bono zelo factum. Multo minus quod tacite suggillat diuersitatem ordinum, & multitudinem monasteriorum, ex Lutherana fece apparet profectum, sicut & illa quæ cohærent: Sub fuco enim honestatis illa proponunt Lutherani, vt Melanchton sæpe rhetoricatur & exclamat de scholis habendis: verum illæ nō minus egerent hodie reformatione, quàm monasteria. O dij quando cogito, quę grauitas erat doctorum, quæ honestas magi-

magistrorum,quæ disciplina scholarium, quàm diligentes lectiones, disputationes, quàm frequens erat auditorium in omnibus Collegiis meo tempore Heidelbergæ, (hoc enim fuit primum studium meum approbatum.) Et confero ad tempora nostra,& quæ iam vidi & audiui,liberet potius flere,tanta facta est desolatio,ruina & deformatio. O tempora. Etiam in ecclesiis cathedralibus dignitas, existit scholastici:at prouentus recipiunt, etiam absentes, & raro docti. Porro de officio nihil curant,aut parum substituentes pauperes,qui minus accipiunt:at hic defectus notabilis per concilium generale omnino debet reformari.

ARTICVLVS XXIII. DE DIsciplina populi.

ISte articulus sicut & præcedens mores respicit:& profecto vterque status misere lapsus est à sua integritate, & magna egent reformatione: quod à multis copiose tractatum,& à piis propterea desideratum concilium generale,quo his languoribus medicina fieret: forte author, qui tam macre vtranque rem tractauit,eo respexit indubie plura allaturus,vbi res poposcerit.

Author. Deinde vsus clauiũ,qui iurisdictionis dicitur. A 5.

Id quod vbiq; ferme desidero in authore libri, hic aperte ostenditur, eum in rebus Theologicis, speculatiuis & practicis,minus peritum & exercitatum: Nam chimerá ab initio videmus,vsus clauium, qui iurisdictionis dicitur, & explicando ad excommunicationem transit. Nam si veros Theologos vel à limine salutasset:perspicuum ei fuisset aliam esse potestatem clauium,aliá iurisdictionis: Nouisset vsum clauium simplicibus etiam sacerdotibus communicatum,qui nullam habent excommunicandi iurisdictionem, nisi ex consuetudine hoc haberent in certis casibus.2.q.1.Nemo. Et profecto mirandum est de prudentissimis & vere magnis viris ciuitatum imperialium Germaniæ: qui grauiter tulerunt si quis conciuium ab Episcopo excommunicaretur, quod rarenter fiebat: Modo contendunt,& omnibus viribus enituntur, eorum simplices sacerdotes,coniugati, & cætera, vt pro libito possint excommunicare. Prudenter Senatus Nurmbergen. hanc insolentem prædicatorum suorum petitionem repudiauit: Redeo ad 2.q.1.c. Nemo.

authorem libri, si nouisset Episcopum electum vel nominatum & confirmatum, posse excommunicare, suspendere, interdicere, & alia facere, quæ sunt iurisdictiõis: esto quod claues non habeat, non sit sacerdos, vt definitum est clare
c. Transmissam ex tra de cle. in iure nostro c. Transmissam de elect. Imo non solum electus ad episcopatum, sed etiam archidiaconus, vicarius, Officialis Episcopi, non sacerdos, modo sit clericus, est capax vsus illius & potestatis excõmunicãdi, scriptum suum emendasset: Ideo quod ad iurisdictionẽ proprie pertinet,
Bonaué. non dicitur esse clauium, in excõmunicatione. Sic Bona. inquit, potestas excommunicandi est gladius, non clauis. c.3. distinct.19. Extense tamen possunt dici claues ait Sco
Scotus. tus, & bene appellatur potestas ligandi & soluendi in his,
Lõgobar. qui possunt excommunicare, vt Petrus Longobardus in textu habet ea distinct. Non ingredior materiam de claue scientię & potestatis: sufficiat, quod euicerim vsum clauiũ, non iurisdictionis excommunicandi, quo tendit author. Hoc vnum superest, illas potestates esse distinctas ex eo conuinci, quod distincte Deus dedit potestatem clauium
Matth.16 promissiue Math.16. Iohan.20. executiue. Potestas autẽ
Ioan. 20 iurisdictionis data est, dicente Christo ad Petrum. Si pec-
Matth.18 cauerit in te frater tuus, &c. Et infra. Dic Ecclesiæ, quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus: loquor semper de illa iurisdictione in excommunicatione. Quia omnibus obuium est, sacerdotem non posse exercere potestatem clauium sine iurisdictione: alioquin posset absoluere non suum: Imo quilibet posset absoluere
Armac. quemlibet, vt indocte sensit Armac. In quæstionibus Ar-
Durand⁹. meniorum: quem tamen inprudenter sequitur Durandus, dicens multum improbabiliter, hanc esse probabilem sententiam.

A 6. Author. Postremo de ieiuniis, feriis, & delectu ciborũ.

Quantum veneni in hac breui periodo lateat, non me latet: sed prodeat qui velit, inueniet Eckium, modo vixerit, Ecclesiæ catholicæ assertorẽ: Nam quod viri pij ac docti (hominum eligentium sententia) in consulta se. Apo. cui supremus honor & iudicium debetur, in hac viatrice ecclesia, deberent decernere de ieiuniis, feriis, delectu ciborum, & aliis ecclesiæ constitutionibus, non video quomodo

modo fieri possit: Et maxime suspectus est author, quod ait. Quo nulli laqueum iniiciant, hæc vox luporum est, nō ouium: nam & Lutherani contra ecclesiam, hunc inanem & falsum cauillum prætexunt: At dum respondebimus scriptis protestantium, huiusmodi dolos explicabimus. Hæc autem de libro dixisse, quàm breuissime fieri potuit, sufficiat.

SOLI DEO GLORIA.

¶SCRIPTA LVTHERANORVM ADVERSVS LIBRVM A CAES. Maiestate oblatum: quæ & titulis literis Alphabeticis inscripserunt.

ARTICVLVS I. DE AVTHORITATE conciliorum, datus ad art. IX.

IS est articulus nonus in libro nobis collocutoribus proposito: in quo profecto author vere & egregie ostendit schismaticis, & quàm necesse sit authoritatem ecclesiæ sequi & conciliorum, ad veram fidem & beatitudinem consequendam: At hi qui ecclesiam Dei reliquerunt, qui ex nobis exierunt, qui sibi fidem cōstituunt secundum Phantasmata mentis suę, non possunt illa audire de authoritate ecclesiæ, sed clamāt durus est hic sermo: & luciferana superbia scripta Canonica acceptāt ꝓ libito, & pro licentia & libidine reiiciunt, interpretantur, aduersus ecclesiam, aduersus Concilia, & sanctos patres, hinc illæ lachrymæ. Sed dolos, errores, & fucos eorum, fidelibus Catholicis palam faciamus. Et quia nauseam pareret, si singula verba essent renarranda, per puncta placet prosequi errata: nō spero, quod incusaturi sint me indiligētię vtrūq; ex Bucero intelligam illos mihi minus fauentes.

Bucer. Præcipua reuerentia post Deum & verbum, debetur ecclesiæ. Punctū. 1

Quia hic pendet fundamentum omniū hæresum, quod contempto ecclesiæ iudicio, scripturam pręferunt: quā pro libidine Confutatio.

libidine sua vertunt, inuertunt, imo etiam peruertunt, vt circa articulum illum nonum pauca attulimus: adiiciamus modo alia, semper tamen pro firmo habentes, quod non loquimur de verbo scripto per spiritum sanctum in cordibus
2.Cor.5 fidelium, sicut Paulus ad Colos. scribit.

Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus & infra. Epistola estis Christi, ministrata à nobis & scripta, non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

Recensebo tamen per ordinem, quæ Catholici sentiũt in hac materia.

Verbum Dei scriptũ, de quo loquuntur aduersarij, non
1. est præferẽdũ ecclesiæ: quia finis est melior medio ad finẽ, propter vnumquodq; tale, &c. Verbum autem scriptũ, est datum propter ædificationẽ ecclesiæ, quare necesse est ecclesiam esse digniorem quàm verbum scriptum atramẽto.

Christus plantauit ecclesiam, & tamen nihil scripsit,
2. neq; iussit Apostolos scribere, sed docere omnes gentes, vt verbũ illud quod mentibus fideliũ imprimerẽt, esset verbũ spiritus, excellentius quàm nigra litera scripta occidens.

3. Sic promisit Deus per Hiere. Dabo legem meam in vi
Hier.31 sceribus eorum, & in corde eorum scribã eam, & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum. Lex ergo Euangelica principalis est illa, quæ est scripta in corde ecclesiæ, & lex scripta est solum signum illius legis mentalis, iuxta il-
Aristo.1. lud Aristot. sunt autem ea quæ sunt in voce, notæ earum
periher. passionum, quæ sunt in anima. 1. Perihermen.

4. Hinc sequitur quomodo scriptum Euãgelij habet suã literam occidentem: Nullus enim vnq̃ fuit hæreticus, qui non scripturis niteretur male intellectis: sed iudicium tũc est apud Euangelium mentale, in corde ecclesiæ.

5. Quis enim nescit maiorem esse iudicem iudicato? quis nescit totum esse maius sua parte? sed scriptores Canonici, Matthæus, Petrus, Paulus, & cæteri, fuerunt solum pars ecclesiæ, & de variis scriptis Euangeliorũ titulo, ecclesia iudicauit per Euangelium mentale, respuendo Euangelia Thomæ, Bartholomæo, Andreæ, Barnabæ, & aliis inscripta, & approbauit Euangelium Marci, de quo non cõstat, an viderit Christum.

Et ſcriptores Canonici ſemper prius habuerunt Euan 6.
gelium mẽtale,quàm ederent illud nigrum in literis. Hinc
eſt,quod eccleſia aliqua mutauit de ſcriptura,vt ſabbatum,
eſum ſuffocati. Baptiſma in nomine Ieſu, Chriſtus cœna-
tis dedit Euchariſtiam,Eccleſia ieiunis,Chriſtus ſub am-
babus ſpeciebus,eccleſia laicis ſub vna: Paulus permiſit diſ
pares in fide coniuges,eccleſia improbauit.

Cum ergo credimus eccleſię dicenti, Iohannes ſcripſit 7.
Euangelium , quod alias neſciremus: ita & alias eccleſiæ
credere debemus dicenti . Chriſtum illa & illa inſtituiſſe,
ſacramenta,tradidiſſe Apoſtolis obſeruantiam quadrage-
ſimæ, confitendi rationem,vnctionem infirmorum,& hu-
iuſmodi.

Quibus etiam peruicax Luder victus , tribuit eccleſiæ 8.
hanc poteſtatẽ,vt poſſit diſcernere verba Dei à verbis ho
minum: ſic eadem ratione poteſt diſcernere Sacramenta fi
dei ab aliis ſignis: quia non minus neceſſaria eſt eccleſiæ,
cognitio Sacramentorum,quàm ſcripturarum.

Ex quo infertur adhuc vnum notabile , & quod frãgit 9.
ceruicem aduerſariorum. Si eccleſia poteſt cognoſcere de
ſcripturis: multò magis poteſt cognoſcere ſuborto dubio,
quis ſit verus ſenſus ſcripturæ: quia eodem ſpiritu ſcriptu-
ræ interpretantur,quo conduntur: Sic rectè intelligendus Auguſt.
eſt Auguſtinus contra epiſtolam fundamenti. Euangelio
non crederem,niſi authoritas eccleſiæ me commoueret.

Hanc poteſtatẽ eccleſię fatẽtur hic proteſtãtes, quia ec 10.
cleſia habeat Euangeliũ, ſpiritũſanctũ gubernatorẽ habet
ius vocandi miniſtros , habet intellectũ & interpretationẽ
doctrinæ diuinitus traditæ , habet adminiſtrationẽ Sacra-
mẽtorum & ſuam iuriſdictionẽ & iudicia. Et infra. In ec-
cleſia eſt triplex authoritas ſ. teſtificãdi de ſcripturis, vere
interpretandi ſcripturas, cõſtituendi iudicia de doctrina.

Iam quilibet vtens ratione,apertiſſime videt,quomodo 11.
ſibi contradicant,& non puduerit eos Cæſareæ Maieſtati,
ac ordinibus imperij pugnantia ſcripta offerre: dicunt eñ
eccleſia poteſt teſtificari quæ ſit vera ſcriptura,quis ſit ve-
rus intellectus, poteſt iudicia conſtituere de doctrina ſcri
pturarum: Et cum hoc tamen vociferantur. Maiorem eſſe
authoritatem ſcripturæ,quàm totius eccleſiæ.

ALIA ERRATA. IN HOC
articulo.

1\. DOnum interpretationis est penes veram ecclesiam sed non est certis personis aut locis alligatum, & alias est in pluribus, alias in paucioribus.

2\. Hoc donū interpretationis non est apud impiam multitudinē, neq; apud hos, quos oportuit propter nota crimina excommunicatos: sed hoc donum ad pios pertinet.

3\. Cum ecclesia pronunciat iuxta verbū Dei recte intellectum, necesse est omnes parere, ponunt exemplum. Sic nostrę ecclesię nobis assentiūtur cōtra Anabaptistas & alios.

4\. Cum autē possit accidere, vt plurimę personæ in synodo sint impię, fatendū est synodos generales & pronunciales errasse, vt Smyrnæ: præterea etiā pij habēt suos lapsus.

CONFVTATIO ERRORVM
illorum.

1\. FAciunt hic ecclesiam mathematicam & fictitiam: quia cum non sit alligata personis & locis, vbi ergo est? Procede Buzere & mōstra ecclesiā: quod si cœtū ostenderis ex votifragis monachis & monialibus & sacerdotibus: omnes boni dicent hanc esse impiā multitudinē, periurā, ac omnibus honoribus destitutā: Non dubium congregationem Cardinalium, Episcoporū, Monachorum & Theologorum, pro solita vestra modestia, & reuerentia erga
Ad Heb. præpositos ecclesiæ (quibus sanctus Paulus obedire iubet) denotastis in impia multitudine.

Vestra autem & Pickardorum ac Anabaptistarum mathematicam Ecclesiam (eodem enim hic laboratis morbo) sæpe improbaui: quia Paulus & Barnabas, & quidem alij inuenerunt ecclesiam in Concilio Hierosolymitano: Et
Act.15 Christus iussit fratre peccante, & non audiente correpto-
Matth.18 res: is debeat dicere ecclesiæ, non vtique Mathematicę, frater Pauli per omnes ecclesias, sed non Mathematicas lau-
Psalm. 21 dem habuit. Dauid inquit, apud te laus mea in ecclesia magna. protestantes eam contrahunt nescio in quas angustias Germnię: Quod si vrgētur, vbi fuerit ecclesia ante 25. annos, ad paucissimos ignotos homunciones redigunt ec-
August. clesiam. Rectius Augustinus probat latitudinem ecclesiæ contra Donatistas. Non est ecclesia Lutherana posita à

Christo

Christo super candelabrum,vt ingredientes videāt. Non est ecclesia, ciuitas illa in monte posita, quæ procul videtur? In synagoga erat prouisum,quo erat eundum in ambiguo,ad summum,s.sacerdotem:& in ecclesia omnia erunt tam recondita & occulta,vt nemo sciat,quo eundum sit ad Mathematicam fictitiam ecclesiam: Matth. 5

Cum Paulus ait. Ipse dedit quosdam apostolos, alios Euāgelistas,alios pastores,&c.ad ædificationem corporis Christi:nónne illi fuerunt visibiles? Qui si conuenirent in concilio legitime cōgregato,quomodo non repræsentarēt ecclesiam? Quis enim euidentius potest conuinci non audiisse ecclesiam, quàm qui non audit generale concilium? Ephesi. 4 Deut. 17.

Ecclesia Romana mansit semper firma secundum successionem Episcoporum vsq; in hunc diem: Ex hac successione argumentatus est Ireneus ante M.CCC.annos: Ex eadem successione Apo.se.argumentatur Augustinus: aliæ autem ecclesiæ Apostolicę cessarunt,vt Hierosolymitana, Alexandrina. Ephesina, Corinthia, & cęteræ. Romana mater ecclesiarum conseruatur à Deo vsque ad tempus Antichristi, vbi fugiet in solitudinem per tempus & tempora & dimidium temporis. Valeāt ergo somniatores cum imaginaria & ficta eorum Ecclesia, solum vt decipiant & circumueniant simplices. Rom. ecclesia.lib. 3.cap.3.& lib.4.cap 63.epi.63 Apoca.13 Dan.;

2. Si donum hoc nō est apud impiam multitudinem, hoc est,concilium,Episcopos,Monachos, sed apud pios:quid si tota ecclesia illos quos vocas impios agnoscit pro piis, & à Deo ordinatis? Dicis illud donum esse apud pios: & cum simus incerti, qui sint pij vel peccatores: Deus enim est scrutator cordium: sic sequeretur omnia esse incerta & dubia in fide nostra,quod est blasphemum. Certum est & negare nō potestis, Pickardos & Parabaptistas externa cōuersatione maiorem præ se ferre honestatem,quàm Lutheranum clerum,qui in otio,crapula,& luxu continuo viuitis,neglectis horis Canonicis,diuinis officiis,ieiuniis & similibur operibus Deo placentibus.

3. Tum demum noster Bucer vult credere ecclesiæ,quādo pronunciat secundum scripturas recte intellectas: Iam iterum facit omnia dubia & incerta: cum oporteat primū reddere nos certos,quod Ecclesia pronunciat, secundum

verum intellectum, Hui pulchrum est exemplum de Para baptistis: vbi Zuinglius vicit Baldasarem? vbi Oecolampadius Denckium? Bernæ & Argentinæ disputastis contra eos, quid obtinuistis? nihil Verum intellectum quæsiuistis in carcerib⁹, in tortura, in exilio apud lictores in igne aqua, furca, gladio. Inquis. Contra Anabaptistas & alios. Qui sunt hi alij? Zuingliani, Caphrnaitæ, Suermeri: Vbi autem habetis ecclesias vobis consentientes? Argentinæ, Constantiæ, & Basileæ, & aliis vrbibus superius nominatis: in quibus non solum Missam Catholicorum, sed etiam Lutheranorum relegarunt: Vbi Carlstadius Luthero consensit? Tum primo, quando nullibi audebat securus consistere præ timore Sueuici fœderis: posteaquam gladium lictoris Rotemburgi euaserat, fortis ille, sed obliuiosus disputator pro Luthero Lipsiæ contra Eckium.

Si ecclesia errat in Concilio generali: vbi ergo dabis
4. ecclesiam illam tuam, quæ triplici illa fungatur authoritate: Semper contra quem pronunciatur, excipiet: quia iudices non sint pij, non iudicent secundũ verum sensum scripturæ, & similia cauillabitur, sicut vos iam cum iniuria sanctissimis facitis conciliis.

De synodo Smyrnæ conciliabulum fuit iussu Cõstan
Historia trip. lib. 5. tij hæretici congregatũ ex Episcopis Arrianis, pulsis Catholicis Episcopis, & aduersus sacratissimum Cõciliũ Nicænũ: Ideo non mirũ, quòd non obtinuit. Sicut nec Arimini: nã nec assensu Rom. Pont. fuit collectũ: & hęretici omnia violenter agebant, vt etiam Osium in exiliũ actũ pro fide reuocatum, quia eis consentire respuit, plagis & tormẽtis affligerent. Sed quid hæreticorum conciliabulũ, pręiudicare poterit conciliis legitime congregatis?

ARTICVLVS II. PROTESTANTIUM de Eucharistia & est materia art. XIII. in libro.

1. Errata in fide in hoc scripto.

Corpus & sanguis cum pane & vino exhibentur sumentibus.

Non fit transsubstãtiatio panis: sequimur multorum pa
2. trum firma & perspicua testimonia, citant Ireneum.

COFVTATIO.

Licet hic recte diffiniant veritaté corporis Christi cõ tra veteres & nouos Capharnitas, quis forte præsen tes non omnes in hoc scripto consenserunt, sicut qui mordicus adhuc Zuinglij sententiam sequuntur: tamen quod Berengarij hæresim adhuc in parte amplectuntur, non sunt tolerabiles. Rectius multo habuit confessio Saxonica Augustæ oblata Cæsareæ Maiestati. Docetur. verum corpus & sanguinem Christi veraciter sub speciebus panis & vini in cœna esse præsentia: Non dixerunt, cum pane & vino: Et nec in latino posuerunt: sed postquam Schmalckhaldij in vnum corpus Lutherani & Zuingliani redacti sunt, vt complacerent Zuinglianis, addiderunt illam particulam. Cum pane & vino exhibentur: licet contra Lutherum, qui reiecta præpositione Cum, concedit panem esse corpus Christi. 1.

Quod ergo negant transsubstãtiationem panis & vini cum Berengario, Vuicklef & aliis hæreticis pessime faciunt, contra determinationem vniuersalis Concilij Lateranen. sub Innocen. iij. quo nullum fuit generalius à Christo passo: fuerunt enim in eo tres Patriarchæ, Romanus, Constantinopolitanus, & Antiochenus: interfuerunt mille & quadringenti Episcopi, tam orientalis, quàm occidétalis ecclesiæ. 2. Lateran. Conciliũ.

Et panem & vinum trãssubstantiari sancti patres apertissime testantur. & ordo literæ Euangelicæ liquido probat: Nam Christus accepit panem: & dixit, hoc est, corpus meum, ecce panem, subinde, ecce corpus, quòd non est factum sine mutatione, vt acute textum ponderat Alphonsus Zamoren. Alphon.

Porro hic sunt falsarij, adiicientes de suo cum pane est corpus Christi, quod neque Matthæus, Marcus Lucas aut Paulus posuerunt: cum coram rudi plebe semper iactitent scripturas, & nihil sit docendum in ecclesia Dei, quòd non habeatur in scripturis, cur ergo regulam eorũ in præsenti loco non obseruant?

Patres sancti omnes fatentur transsubstantiationem, etiam ante concilium Lateranen. Vt Ambrosius lib. de mysteriis & Sacramentis, qui appellat mutationem & con- Ambrosi. L. de mysterijs.

uersioné,

Cryſoſt. uerſionem, Chryſoſtomus immutationem, Auguſtin. ſimi-
Auguſt. liter, Gregor. Nyſſenus couuer ſionem Gregor. magnus
Gregor. verſionem, Theophylactus conuerſionem, & transforma-
Gregori' tionem, & tranſmutationem, Damaſcenus tranſmuta-
magnus. tionem, & conuerſionem, Cyrillus quoque conuerſionem
Theoph. appellat, hos ſanctos patres partim in Homiliis de Sa-
Damaſce. cramento Euchariſtiæ induco, partim in Enchiridio ti-
Cyrillus. tulo.36.

Sequitur quàm vana ſit Buceri iactantia, ſequimur teſtimonia patrum firma, prodeat & nominet patres: nos cõtra expreſſimus patres, qui perſpicue teſtantur conuerſionem, tranſmutationem panis, ipſe nec vnum potis eſt nominare, neque vlla ſcriptura, quam iactat, aſſerit ſubſtantiam vel naturam panis manere. Cur ergo Gigas mouet bellum eccleſiæ, Lateranen. concilio, patribus allegatis; ſine authoritate, ſine ratione, nullius ſancti patris fulcitus teſtimonio.

Irene' li. 4. cap. 32. Ireneum mutile allegant, vt incauto imponant lectori, & videatur eorum fauere ſententiæ, cum tamen catholicus ipſe, omnino eis refragetur: ita enim ait. Chriſtus eum qui ex creatura panis eſt, accepit & gratias egit, dicẽs, hoc eſt corpus meum: & calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura, quæ eſt ſecundum nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & noui teſtamenti nouam docuit oblationem, quam eccleſia ab apoſtolis accipiens, in vniuerſo mundo offert Deo, citat pro ſacrificio Malchiam 1. c. cõfirmat hoc denuo Ireneus de oblatione in ſequenti c. 33. Repetit ſubinde de ſacrificio c. 14. Et de Euchariſtia inquit. Quõ autem eis (Hæreticis) conſtabit, eum panem, in quo gratiæ actæ ſunt, corpus eſſe domini ſui, & calicẽ ſanguinis eius, ſi non ipſum fabricatoris mundi filiũ dicunt, & infra. Quemadmodũ qui eſt à terra panis, percipiens vocationem Dei, iam nõ cõmunis panis eſt, ſed Euchariſtia, ex duabus rebus cõſtans, terrena & cœleſti. Hic ſanctus pater aperte teſtatur, panem terrenum poſt vocationem, hoc eſt, conſecrationem, non eſſe cõmunem panem, ſed Euchariſtiam, quod autem ait, Euchariſtiam duabus rebus conſtare, ad ſpecies panis & vini pertinet, & ad corpus & ſanguinem Chriſti.

Irene' de oblatione c. 33. q. 34

Idem li. 5. c. 1. Aduerſus hæreſes inquit. Quando ergo

& mixtus calix,& fractus panis percipit verbum Dei(.i. consecratur)fit Eucharistia corporis& sanguinis Christi, ex quibus augetur & consistit nostræ carnis substãtia. Expende,panis & calix fit Eucharistia sanguinis & corporis: si fit corpus,ipse panis non manet.

Postremo,quod Paulus Eucharistiam appellat panẽ, in disputatione Baden.diximus contra Oecolampadium, & in Homiliis,& in Enchiridio,ac in Apologia pro rege Angliæ,quod ob hoc non oporteat dicere substantiam panis manere. 1.Sed quia fuit panis ante conuersionem. 2. Propter species panis.3.Quia Christus est panis viuus.4. Et corpus Christi dicitur panis. Hier.11.

DE CONFESSIONE SCRIPTVM protestantium pertinet ad art. 15. c.

ERRATA.

Placet,quod retinere volunt ministerium absolutionis priuatæ,quia sit vox Euangelij,applicãs remissionem peccatorum:sed demiror,cur Luther, Bucer, Hosander & similes arietes à tot annis nunq̃ sunt confessi:nõ vsi euangelica voce:Oblitus est Bucius,quod olim scripsit priuatam absolutionem nihil efficere,& Luderanos improbauit super Matthæo c.3.Et quod irrident catholicos de applicatione meriti Christi,Missæ &c.cum iam eam quoq; fateantur:Sed ab ecclesia recedunt.

Enumeratio delictorum nec mandata est iure diuino, 1. nec necessaria:quia sine ea peccata remittuntur contritis, & fide se sustentantibus:Citant Prosperum.

Necessitas imponi nõ potest,occulta recitãdi:& vbiq; 2. seducunt suos,quia confessio non sit necessaria.

EXAMEN ILLIVS SCRIPTI.

Hæresis est Iacobitarũ,Vualdẽsium, Vuiklef,Pickar 1. dorum,confessionem non esse necessariam:Ideo sacrosancta Synodus Constantien . sessione octaua inter articu- Eckius. los Vuiklef damnauit etiam istum de confessione : Vnde lib.2.de pœnitentia probaui confessionem esse iuris diuini & Euangelici,quæ à temporibus apostolorum fuit vsq; ad nos in ecclesia Dei.Porro magna impietas est dicere enumerationem peccatorum non esse necessariam,vt miseri homines sic maneant captiui in vinculis diaboli: quia

futurũ

Enumerare peccata in confessione. futurũ est sic, vt omnes maiora crimina, & de quibus plus erubescent, reticebunt, & leuiuscula solũ dicent: super quo ludet diabolus: quia eneruabitur vigor & vis confessiõis: Quomodo autem sacerdos absoluet eum à maioribus criminibus, quæ nescit? Sententia non debet proferri, nisi cũ cognitione causæ: Qua item claue vtetur sacerdos, cum nescit an sit dignum vt soluatur vel retineatur. Imo nunq̃ vtetur claue retentionis, quia nullus confitebitur retinenda, si cautus fuerit.

Et quid est quod adeo commendant absolutionem tam vtilem, salutarem, & sanctuosam: dum vbi maxime opus est non impendunt: & à veritate coacti fatentur enumerationem delictorum vtilem, excitantem ad pœnitentiam, & quod conspectui nostro subiiciat turpitudinẽ peccatorum, & magis nos admoneat de ira Dei.

In confessione Saxonica Augustæ oblata. Plurimi faciunt absolutionem, quia sit vox Dei & mandatum Dei, & quantam consolationem afferat conscientiis, sed huius consolationis nolunt eorum prædicatores esse participes. In eadem confessione assignant causam cur non omnia peccata sint enumeranda. At postea per responsa catholicorum edocti friuolam esse hanc rationem, eam modo non adducunt, quia omnia sunt enumeranda, quæ non subterfugiunt cognitionem nostram, licet omnia peccata scire non possimus.

De pœnitentia lib. Omnia autem peccata enumeranda præter prædictas rationes probaui alibi authoritate Tertulliani, Cypriani, Hylarij, Augustini, Ambrosij, Gregorij, Hieronymi, & aliorum: ad quæ nullus Lutheranus mihi in hunc diem respondit.

Ad Prosperum, quem non vidi: nisi de gratia & libero arbitrio: sed quantum ipsi afferunt. Prosper testatur se loqui de peccatis, quæ humanam noticiam latent, de illis sufficit illud Psalmi. Ab occultis meis munda me domine. Sed hic afferunt ensem Aiacis, quia Prosper affirmat, temporalibus pœnis æterna mutari supplicia, quod aduersarij negant. Prosper hic affirmat, satisfactiões. Quod ipsi iudices fiant & veluti suæ iniquitatis vltores, in se voluntariam pœnam exerceant, & lachrymis ex vera cordis contritione

Prosper aduersat Lutheranis.

tritione fluentibus, restinguent ęterni ignis incendia. Ludderani contra, solam fidem dicunt sufficere, & per eam satisfieri. Vellem tamen Prosperum in fonte videre, quia non esset nouum Mucero illi corrupte & false allegare authores.

Occulta peccata etiam confitendo ratio dictat, quia egent claue soluente. Vnum Origenem adducam. Etenim omnigenere pronuncianda sunt, & in publicum proferenda cuncta quæ egerimus: si quid in occulto gerimus, si quid in sermone solo, vel etiam intra secreta cogitationum commisimus &c. Magnus astus diaboli, quia eorum prædicatores quærunt placere populo, & consuunt pullulos sub cubitis peccatorum, vt ait Ezechiel, Et quia impudens esset mendacium negare confessionem contra Euangelium (licet ab initio reperti sint, qui eam totam reiicerent.) Ideo vt conciliarent sibi plebem, commenti sunt, vt indulgerent eis, confiterentur ea duntaxat quę vellent, At pergamus ad alia. 2. Origenes Ezech. 35

DE SATISFACTIONE PROtestantes eodem articulo. D.

ERRATA.

Satisfactiones canonicæ quondam institutæ sunt ab episcopis exempli causa, aut propter disciplinam. 1.

Paulatim creuerunt hæ pœnæ accedente errore quod mererentur remissionem peccatorum. 2.

Necesse est extare in ecclesia doctrinam de gratuita remissione peccatorum, non per opera. 3.

Opera instituta sine mandato dei, non sunt cultus dei. Frustra me colunt mandatis hominum, huiusmodi est satisfactio. 4.

Deus etiam electos punit, non ergo satisfactio ad peccatores pertinet. Et multa delicta cōuersorum puniuntur peculiaribus pœnis. 5.

Vtilius esset populo inculcari doctrinam de ira Dei, ærumnis ecclesiæ &c. quam proponere spectacula satisfactionum, quæ obscurant doctrinam de gratia & veris cultibus. 6.

Per bona opera mitigantur calamitates communes ecclesiæ, & per pœnitentiam. 7.

Famosos

8. Famoſos peccatores caſtigari ab eccleſia Epiſcopi permittunt exempli vel diſciplinæ cauſa, vt anabaptiſtas & homicidas: Id tamen non fiat ſecundum veteres ritus pœnitentiæ, quorum aliqui ſunt pleni periculi vt de adultero.

9. Magiſtratus docendi ſunt, vt manifeſta delicta puniãt: quod plus prodeſſet, quàm canonicæ ſatiſfactiones: Nec ſine periculo miſcentur miniſterium Euangelij, & officia politicæ poteſtatis.

EXAMEN ILLIVS SCRIPTI.

1. Canones pœnitentiales in publicis criminibus & ſolenni pœnitentia vſitatos in exemplum, vt alij caueCan. 8.& 11. Concilio carth. 3.c 31. rent ab huiuſmodi peccatis non negamus: at vſus pręcipuus canonũ fuit: vt ſacerdos noſſet imponere emendã confitenti, vt in Concilio ſacratiſſimo Nicæno ſancitum eſt: Conſtituti ſunt ergo canones pœnitentiales, non modo in exemplum, ſed etiam in ſatiſfactionẽ, & principalius quidem hoc paſſim eſt videre in conciliis, tamen bonam horum partem collegit Gratianus de pœnitentia. Quia & Iſidorus, & Theodorus, & Bonifacius Germanis ſcripſerunt canones pœnitentiales: qui tamen ſemper fuerunt mitiores: cum decreſcente charitate, populus minus & minus ferret auſteritatem pœnitentiæ: vt iam Lutherani eam totaliter ſuſtulerint in eorum eccleſijs: nec mirum, quia & alia extinxerunt ſacramenta, cum eorum anteſignanus Luther aliquando ponat ſolum tria Sacramenta, aliquando ſolum duo.

Porrò canones pœnitentiarios fuiſſe ante Concilium Nicænũ contra Lutherum patet ex Canonibus Gregorij Neocæſarien. Epiſcopi auditoris Origenis & Petri Alexãdrini Martyris.

2. Iniuriam facit patribus & falſum aſſumit: Non enim creuerunt ſed decreuerunt ſatiſfactiones, & auſteritas canonum: Seipſos autem non intelligunt: nam cum canones pœnitentiarij diſponant de ſatiſfactione, & ita de remiſſione pœnæ: illi recurrunt ad remiſſionem peccatorum, quod fit per ſacerdotis abſolutionem & Sacramentum pœnitentiæ.

3. Quis negat remiſſionem peccatorum ex gratia & gratuitam,

tuitam,eat ad Pelagianos:non enim erit filius ecclesiæ catholicæ,at quod Deus per gratiam condonans & remittẽs peccata,non exigat opera,vt homines faciant dignos fructus pœnitentiæ,sacræ scripturę,& spiritui sancto & contrarium. Pœnitentia & satisfactio.

Huic posset opponi. Virginitas nõ est mãdata à Deo: 4.
& tamen consecrata deo,placet deo, & est cultus gratissimus Christo castitatis amatori.1.Cor.7.& Isa.56.Similiter paupertas Euangelica,& deo seruire in illa. Vade & vende omnia quæ habes. Similiter falsum est, quod satisfactio non habeat mandatum Dei:nam satisfactio consistit præcipue in illis tribus, scilicet oratione, ieiunio & eleemosyna:alia enim opera satisfactoria reducuntur ad illa:vt docent Theologi distinctione 15. quarti & Gracianus de pœniten. distinctio.6. ¶ 1.Vnde Buce. repugnat spiritui sancto,orare pro remissione peccatorum nõ sit satisfacere Bernæ. 1. Cor. 7. Matth. 19

Fatemur catholici Deum punire vel permittere vt puniantur sancti & electi,vt vult Gregor.vel ob peccata eorum vt Dauid,vel ad probandam eorũ patientiam,vt Iob & Tobiam,vel ad custodiã gratiæ,vt stimulus carnis Pauli,quòd crepuit oculus Brigittæ,vel ad augmentum meriti,vt Abel.S.Lauren.vel aliis in exemplum. At sophisma est cum inferunt, ergo satisfactiones pœnitentiariæ sunt frustra:Cum Paulus dicat:Si nosipsos iudicaremus, non vtiq; iudicaremur à domino. 5. 1. Cor. 11

Sic quod Deus aliquãdo punit peccatum,quis hoc negat? Vidimus in Adam peccatore,& nos hodie sentimus. Nõ est intentio sacerdotis, vt per satisfactionem iniunctã velit impedire flagella dei:sed est bona spes, nobis emendatis cessare flagella Dei:Si pœnitẽtiam egerit gens à malo suo:agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui vt facerẽ. Sicut de Niniuitis scriptura testatur, de Achab humiliato & aliis. Hier. 18 3. Re. 21.

Vel stultus est Bucer vel insigniter malus,cum docere vult Catholicos doctrinã de ira Dei: nisi enim timerent Deũ,quẽ satisfaciendo placare humiliter proponunt, nõ se cõmitterent arbitrio sacerdotis in satisfactiõe. Eat potius & domi prædicet suis temerariis,& præsumptuosis,qui nihil 6.

hil curant iram Dei : quia Bucero & Luthero doctoribus remissa culpa, non oportet satisfacere pro pœna. sed culpa & pœna simul remittuntur: Culpa autem eis sola fide in Christum remittitur. Quomodo ergo homines isti timebunt iram Dei, cum Lutherus ipse conqueratur homines fieri præsumptuosos ex huiusmodi doctrinis & carnaliter securos, vt latius explicabimus respondendo ad. Gropperi supplicationem.

Error, culpam & pœnã simul remitti.

Satisfactiones non spectacula.

Quam vere dixit Hiero Hæretici irridenc simplicitatem ecclesiæ: sicut hic friuole Mucor satisfactiones ecclesiasticas appellat theatrali modo spectacula : sed vade retro Sathana, quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed quæ hominum: Sancta ecclesia veneratur huiusmodi religiosa spectacula in Iohanne Baptista: qui varia satisfactionis genera ad se venientibus proposuit: & sic tota obseruauit ecclesia à Christo passo. Et tamen nihil volunt recipere, nisi in scripturis expressum. Vbi tamen scriptura negat pœnitentibus imponendas satisfactiones? Nam quod argutátur ex quibusdam locis, per capillos huc tractis, & corrúpte interpretatis, mera sunt sophismata & præstigia, quia non solum praxis & consuetudo ecclesiæ est pro nobis, sed & scriptura tota veteris & noui testamenti, vt luculenter lib. 3. de pœnitentia deduco, & minime obscurant doctrinam de gratia, sed augent cultum Dei: cum desides, pigri & acediosi Lutherani, nec tantillum impendant cultui diuino : Cauent ne media nocte surgant & confiteantur domino, quod tot catholici vtriusq; sexus in ecclesia catholica faciunt.

Lucæ. 3

ECKIVS.

7.

Opera bona placãt iram dei.

Si per bona opera piorum & pœnitentiam mitigantur communes calamitates Christianitatis: cur Neochristiani omittunt letanias, publicas supplicationes, processiones cum vexillis crucis, missas contra Turcas, pro fructibus terræ, pro serenitate aeris, contra pestem : omittunt etiam publica illa ieiunia & dies rogationum &c . At succurrit memoriæ, quod hoc habent in mandatis à magistro sectæ Luthero, quia non debemus inuocare Deum vel sanctos pro bonis temporalibus. Sed ego euidenter probaui contrarium in Homiliis de S. Sebastiano : Non ergo obstante, quod per opera piorum mitigantur communes calamitates:

tates:tamen ſtat firma & inconcuſſa ſententia veritatis, vt quilibet priuatus impleat ſatisfactionem ſibi peculiariter iniunctam.

Quòd iactitãt de pœnitentia Anabaptiſtarum,hoc faciunt ex inuidia:quia in pleriſque articulis, Baldaſaro ſcribente,Parabaptiſtæ ſunt meliores Luderanis: De homicidis,plus faciunt ex hypocriſi,cum animicidis nullã iniungant ſatisfactionem. De adultero cui canones imponant in ſatisfactionem,vt per longum tẽpus interdicatur ei con ſuetudo vxoris,ſi verum proferunt,tunc intelligẽdi eſſent canones,vt interdiceretur marito, ne peteret debitum,ſed reddere non prohiberetur:alioquin illa eſſet pœna probæ mulieris,non infidelis mariti. At quia canon 22. Concilij Arelatenſis ſic diſponit,pœnitentiam coniugatis,non niſi ex conſenſu dandam,vereor ne Bucer,vt eſt familiare huius farinæ hominibus corrupte alleget & falſo ego nõ memini me legiſſe: In cõcilio Ancyrano.(quod eſt antiquius Nicæno.)imponitur adultero pœnitentia ſolennis: ſed cõ ſuetudo vxoris ei non interdicitur. 8. Cõcilium Arelatẽſe Bucer corrupte allegat.

Nemo ex catholicis aliter docuit, quã quod magiſtratus vtatur iure ſuo,puniat delinquentes,non enim ſine cau ſa portat gladium. 9. Roma. 12

CONCLVSIO DE SATISFACTIONE.

Constat ergo ex ſcripturis,conciliis,& patribus,ſatiſfactionem eſſe tertiam partem pœnitentiæ, qua redimuntur peccata, eleemoſynis ſcilicet ieiuniis & oratione:nam illud redimere peccata eſt ſatisfacere : Sic Cyprianus increpat Nouatianos,quod ſatisfactionem ſubtrahant pœnitentiæ. Aduerſarij autem ſeducunt populum,docentes pœnam ſimul remitti cum culpa: Melius Dauid timens Deum clamat. Et peccatum meũ contra me eſt ſemper. Ideo pro ſententia vera eccleſiæ induxi li.3.de pœnitentia,Cyprianum,Tertullianum,Ambroſium, Auguſtinum,Leonem,cum aliis,adduxi ſcripturas. De propiciato peccato noli eſſe ſine metu. Fili peccaſti, non adiicias iterum, ſed & de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur: Vbiq; in conciliis agitur de ſatisfactionibus. Itaq; contra claras ſcripturas,concilia, patres, contra totam eccleſiam aduerſarij reiiciunt ſatisfactionẽ,ſine verbo Dei,ſine ſcri- Satisfactio. Cyprian⁹ Pſalm. 50 Eccleſi.5. Eccle.21.

pturis, sine patrib⁹, sine ratione, solis ludūt cauillis & sophismatibus: quia alioquin tam insolenter iactant verbum domini, ac si sint pleni scripturarum, hoc loco sicut in multis aliis, sicut famelici & mendici, nihil exhibent, nec possunt exhibere, scripturarum.

DE VNITATE ECCLESIAE ET ministris scriptum protestantiū. Art. XIX. E.

ERRATA SCRIPTI.

1. EVangeliū propagatum per patres, prophetas, per Christum, per apostolos.

2. Voluit Christus vocari pastores fungentes officio docendi.

3. Ad tollenda schismata accessit vtilis ordinatio, vt esset aliquis episcopus, alius archiepiscopus, & supra hos patriarchæ Romanus, Antiochenus & Alexandrinus.

4. Pontificibus & Episcopis qui aduersantur pię doctrinæ, authoritatem tribuere non possumus.

5. Potestas episcoporum est vt condant traditiones, vt de certis feriis, vt sciat populus, quo tempore conueniendum sit, sed hæ traditiones non putentur esse cultus. i. merita & bona opera.

EXAMEN.

1. EN Anaxagoreos Theologos, qui omnia miscent & cōfundunt in vnum Chaos, nouum testamentum confundentes cum veteri, apostolos & Euangelistas cum prophetis & patriarchis: cum Christus prætulerit aposto-
Lucæ.10 los. Quatuor habemus Euangelia, quomodo in numerum venient prophetæ: Ezechiel vidit quatuor animalia, oculata & alata, vidit Iohannes in Apocalypsi, quę significant quatuor Euangelistas. Nouum testamentum solum, gaudet honore Euangelij, solus Christus attulit, scripserunt,
Matth.9 Matthæus, Marcus &c. Solum enim Euangelium pędicat regnum cœlorum. Ideo confundere cum lege & prophetis est magna peruersitas, quia vinum nouum Euangelicū mittunt in vtres veteres contra prohibitionem Christi. Hinc Hieron. August. Ambrosius, Chrysostomus & alij
Isaiæ.41 sancti cōparant legem ad Euangeliū, & quomodo Euangelium excellat, manifeste testantur, quia est plaustrum nouum in monte triturans: Breuitati studens omitto quomo-

dò

do Hiero.explanat quatuor Euangeliſtas eſſe quadrigam domini,annulos arcæ, quatuor paradiſi flumina, quatuor fabros,quatuor menſas cum ſimilibus.

Perpetuo impingunt Luderani, quòd paſcere ſit doce 2.
re,quaſi paſtor non habeat alia quoque officia. Vnde melius exponerēt,paſcere,hoc eſt regere, vt de primatu Petri contra Luderum & Zuingliū probo, & euincitur ex Paulo,quia alios dedit apoſtolos, alios Euangeliſtas,alios pa- E phesi.6
ſtores & doctores,&c. Et in præſentia non eſt opus verbis quia mox explicant officiū paſtoris,vt non ſolum doceant Euangelium, & adminiſtrent Sacramenta, ſed etiam vt palam contumaces in eccleſia puniant excommunicatione, videlicet eos,qui vel contra ſanam doctrinam prauas opiniones ferunt,aut malos mores emendare nolunt, debetur enim iure diuino obedientia paſtoribus.

Ex quo infero contra Bucerū & alios diſputatores Ber Foli.9. &
nen, male eos negaſſe poteſtatem eccleſiaſticam, etiam in 12.
apoſtolis,quibus nullum volebant permittere regimen ſed nudum miniſterium Contrarium hic permittitur, ſtultus Bucer ſupremum officium apoſtolorum dicit fuiſſe docere, fol.12 Bernę. Alterū eſt cum paſtores poſſunt excōmunicare ferētes prauas opiniones. Non mirū ergo quod Leo papa x.fe.re.excōmunicauit Luderū, Carlſtadiū & alios. Et hodie pontifex Bucerū cū aſſeclis excōmunicare deberet, ſicut ſingulis annis excommunicat in cœna domini.

Tertio, quia fatetur iure diuino prędſtandam obedientiam ſuperiori etiam eccleſiaſtico. Ideo toto cœlo errauit Luther, tribuens hoc ſolum iuri humano poſitiuo, & Bucer tam acerbe proſcidit omnem poteſtatem eccleſiaſticam in eadem diſſipatione Bernen.

Recte fatemini hic gradus dignitatis eccleſiaſticæ dif 3.
ferentes:ſed cur patriarcha veſter Luder dixit illas eſſe fictiones, quia in eccleſia Chriſti non ſint huiuſmodi gradus,ſed iſti ſint membra diaboli.

Etiam Epiſcopis aduerſantibus piæ doctrinæ nullam 4.
tribuunt authoritatem,bene faciunt:ſed viderint ne corrupto iudicio Epiſcopos damnantes eorum hæreſes,dicant aduerſari pię doctrinæ:Nā hoc omnes hæretici fecerunt, Hæretici
dū prælati eccleſiarum reprimere volebāt impia dogmata nō patiun

 conque-

tur iudicia episcoporum. conquerebantur hæretici. episcopos sanam doctrinam improbare: quod fecerunt Nouatus, Arrius, Eutyces, Nestorius, Donatus, Pelagius, Vuiklef, Huss, & modo Luther cum suis astipulatoribus, qui non verentur sacris conciliis iniuriari, quia sanę doctrinæ aduersentur. Sic ergo paucorum iudicium Buceri cum suis adhærentibus, superabit iudicium Patriarcharum & 1400. Episcoporum in concilio Lateranen. Præponderabit iudicio omnium Theologorum in Parrhisien. Laudatissima academia à 400. annis & citra. Vah quanta temeritas.

5\. Præsides ecclesiæ posse sancire constitutiones, catholici nunquam negauimus: hoc enim pertinet ad potestatem regiminis: licet Luther sæpe negauerit, quia non possint

Festi dies cur instituti. Ideo recte confutaui eum super disputatione Berna. fo. 77. & 78 at pisce magis mutus nihil respōdit. Roma. 13 1. Reg. 15

constituere vnum iota super homine Christiano. Hic etsi Bucer videatur mitior: tamen nihil confert veritatis fidei. 1. Tribuit præpositis, vt statuant de feriis, hoc recte, sed appendix, vt sciat populus quando conueniendum sit: hoc est Vuiklefică: quia feriæ sunt institutæ ad honorem dei, sicut Deus præcepit. Sabbatum sanctifices & vt sanctorum memoriæ celebrentur. 2. Statuit in illis constitutionibus non esse cultum Dei, nec homines mereri, aut esse bona opera: At illa non constant cum superioribus: Iam dixerat obedientiam de iure diuino: si quis ego obedit superiori, quia est ordinatus à Deo, & constitutus à Deo: cui ordinationi ipse vult parere, cur hoc non placet Deo? Si victimis colitur Deus, melior est obedientia quàm victima. Porro quòd ait, non mereri subditos per huiusmodi obedientiă, est omnino falsum & irrationabile, quia inobedientes peccant cum obedientia sit te iure diuino, & omnis præuaricatio & inobedientia accipiet iustam mercedis retributionem. Cur ergo per obedientiam non mererentur, & facerent bona opera: Cum Paulus commendat Romanos. Obedientia vestra vbique diuulgata est. Ita hortatur Petrus castificantes animas vestras in obedientia charitatis. Nam dicere contrarium, esset facere ex Deo clementissimo tyrannum: Nam facta constitutione, si subditus non obedit, peccat, si obedit nihil lucratur. Cum tamen Deus sit pronior ad miserandum, quàm puniendum: At de hoc alibi plura.

Hebr. 2 Roma. 16

In

In hoc tamen scripto cauerunt dolose, ne Romani pōtificis agnoscerent primatū, tanquam suppremi Christi in terris vicarij: Nec Romanam ecclesiam, vere apostolicam suspiciūt omnium ecclesiarum matrem, & caput: quæ vniuersalem totius Christianitatis curam gerat, aliis Episcopis in partem solicitudinis vocatis, papa plenitudinem habet potestatis: hoc egi tribus libris de primatu Petri contra Lutherum.

DE SANCTIS SCRIPTVM EORUM AD ARTICUL. XX. F.

ERRATA.

Sancti mortui non sunt inuocandi, vt propter sanctorum merita iuuemur. 1.

Nec possunt directe inuocari. Ora pro me sancte Petre, quia est vnus mediator. cum nullus cultus Dei sit in ecclesia, qui non sit approbatus verbo Dei. 2.

Directa inuocatio absentis tribuit ei omnipotentiam: quia audire vota cordium est solius Dei. 3.

Quia mediatoris Christi officium obscuratur cultu sanctorum. Ideo reprobamus. 4.

EXAMEN CONFVTATORIVM.

Sanctos qui ex hac vita decesserunt non esse inuocandos est damnata hæresis Vigilantij, vt Hierony. testatur: & ante Hieronymum ob errorem illum fuit damnatus Eustachius in concilio Gangren. suscitarunt hanc hæresim Paterini, pauperes de Lugduno, Pickardi, & alij: sed semper ab ecclesia damnati, & aduersarij non respondent ad inuictas rationes Hieronymi: vnde recte noui, Vigilantiani sunt à catholicis appellati. 1. Hæresis vigilātij.

Cum Oecolampadius in disputatione Baden. (quia prius prorsus etiam intercessionem negarunt) & aduersarij Augustę admiserunt, & Melanchton in apologia, & angelos & sanctos honorandos esse, & orare pro nobis, & hoc voluit Hieronymus: sed negant sanctos propterea inuocādos, profecto ignoro an maior sit illorum inscitia vel malitia: Nam non improbant, si vnus peccator scribit alteri. Ora pro me, vel commendo me orationibus tuis: quod est frequens apud viros bonos huius vitæ, cur ergo nō possem me cōmendare orationibus viri beati multo certius: scribit 2. Oecolāp.

B.Paulus Coloſſ.& aliis,vt orent pro eo:fideles autē orantes pro alio nouerunt per Chriſtum eſſe orandū ex regula fidei. Ad hæc poſſunt ne ſtulto perſuadere hoc eſſe malū, cum fateantur ſanctos orare pro nobis,vt dicamus eis, facite quod facitis.i.orate pro nobis,quia oratis pro nobis.

Iohan. 16 Errant porro,quod arbitrantur cultum hunc ſanctorū
Iob. 5 fuiſſe introductum in Eccleſia ſine verbo ſpiritus, qui re-
Zach.1 git eccleſiā,& docet eam omnē veritatem : Sic docuit Iob
Baruch. 3 & amicos eius,ſic fecit Angel⁹ Zachariæ,Baruch,Onias,
2.Mac. 15 Hieremias,& principes doctores religionis noſtrę,Dionyſius,Cyprianus, Leo,Auguſtinus, Paulinus, Chryſoſto. Gregor.Bern.& omnes qui in eccleſia ā M.C C C. annis fuerūt: Quomodo ſaluator noſter Chriſtus reliquiſſet eccleſiam tot annis,qui vix lxx.annis reliquit ſynagogam in captiuitate Babylonica.Locos citatos fidelis Lector inueniet in Enchiridio noſtro.

1.Tim. 2. P[illegible]um euocant,vnus eſt mediator Dei & hominum: ſed qu[illegible] intelligāt de mediatore interceſſionis : tunc ſequeretur vnū viatorē non intercedere pro alio,quod ipſi negāt,& coguntur negare propter expreſſas ſcripturas: Si verò nolunt Paulū loqui de mediatore interceſſionis,tunc textus ille nihil facit contra interceſſionē ſanctorū:& hæc eſt rei veritas,quia loquitur de mediatore redemptionis.

3. Iſta eſt inanis ratio & cauillus ſophiſticus Melanchto-
Vuicel. nis,quo perſuaſit vni principi,vt cōqueritur Vuicelius:At mediocriter doctus mox ſentit,vbi impingit:quia noſcere ſecreta cordium ex natura ſua eſt ſolius creatoris,at ſancti non per naturam norunt preces noſtras, ſed vel per reuelationem angelorum,aut vident in verbo,& in ſpeculo eſ-
Gregori⁹ ſentiæ diuinæ,vt Gregor.ait. Quid non vident, videntes
Sulpitius. videntem omnia: Videns enim verbum videt omnia quæ
4.Reg. 5 in verbo ſunt.S.Martinus cognouit procul irriſiones Bricij,& Heliſæus verba & facta Giezi ſerui ſui.

4. Minime obſcuratur gloria Chriſti, ſed magis illuſtratur,cum tanta ſit eius bonitas & clementia,quod etiam ſanctos,ſeruos ſuos tanto dignatur honore, & per illos vult
Pſal. 130. exaudire,& certe mirabilem ſe oſtendit in ſanctis ſuis, in quibus etiam vult laudari: Sicut enim gloria deitatis non obſcuratur per inuocationem animæ Chriſti, quæ eſt creatura:

tura: Ita nec gloria Christi obscuratur per inuocationem sanctorum.

Nec aduersarij habent vnum apicē ex scripturis, quod sancti non sint inuocandi: sed propria temeritate catholicæ rebelles sunt ecclesiæ, hostes sanctorum, cineres Vigilantij excitant, & pickardos confortant.

DE MISSA PROTESTANTES.

eo. articul. ¶.3.

LAPSVS ADVERSARIORVM.

SVmens corpus & sanguinem Christi applicat sibi fide beneficia parta per mortem Christi. 1.

Cum tria sint in missa, cœna domini, recordatio, & preces seu gratiarum actio, sancti patres totam hāc actionem vocarunt sacrificium: preces sunt sacrificia laudis, & oblatio, sed cœna non applicatur pro aliis in remissione peccatorum: sed quia fide accipimus promissam reconciliationem, erigimur per fidem contra terrores peccati & mortis: citant Cyprianum. 2.

Non sentimus fieri applicationem pro aliis, viuis & mortuis: nam quisque fide sibi applicat beneficia Christi, non propter meritum alterius hominis. 3.

Sacramentum est institutum pro viuis, quomodo ergo applicatur mortuis. Vnde dolendum est, templa magis esse occupata cultibus pro mortuis, quàm ministerio pro viuentibus. 4.

EXAMEN.

IN missa Eucharistiam offerri pro viuis & mortuis, ostendi tribus libris, quibus in hunc diem aduersarij non responderunt: Nam tota hoc semper obseruauit ecclesia, & omnes sancti patres docuerūt, Dionysius, Ireneus, Ignatius, Tertullianus, Ambro. Hierony. Augustinus, Leo Basilius, Chrysost. Theophylactus, tot sancti, pontifices Romani, ecclesia martyrum, sacerrima concilia. Hoc iuge & quotidianum sacrificium missæ præuidit Malachias in spiritu, cap.1.& 3. Vt explicat Augu. li.10. de ciuit. Dei c. 6.& Psalm.39.& epistola 69. Ad Paulinū. Et ante Augustinum sic intellexit prophetā S. Ireneus. lib.4.c.32. Præuidit Daniel.c.12. cum aliis per me adductis. Quis autem nō citius credet tot patribus, cōciliis, & toti ecclesiæ cum scri- Sacrificii missæ. Malach. Augusti. Ireneus. Danie.12

ſcripturis,quàm cauillis neochriſtianorum, ſed volunt, vt nugæ eorum & ſophiſmata audiantur.

1. Cum dicunt.Sumens &c. Si credunt in ſumptione eſſe oblationem,ſunt in magno errore,necdũ ſciunt quando eccleſia offert Chriſtum,nam dum ſacerdos ſumit, eſt cõmunio,non oblatio. Extraneę etiam loquuntur,ſumentem ſibi applicare beneficia Chriſti,Chriſt⁹ applicat,licet etiã miniſtro ſuo ſacerdote applicante ſola voluntate,Chriſtus ratum & gratum habet in effectu.

2. Solent ſchiſmatici vbiq; ſtudere nouitatibus, cũ nemo ex catholicis antiquis aut recẽtioribus miſſam ſic diuidat, vt aduerſarij hic faciunt. Nam aliqui diuidunt miſſam in tres partes.1.Eſt præparatio populi & materiæ conſecrandæ.2.Eſt Euchariſtiæ conſecratio & oblatio.3.Eſt Euchariſtiæ communio & totius myſterij concluſio. Albertus de officio miſſæ facit tres partes. Inſtructionem,oblationem, & cõmunionem:Alij faciunt.4.partes.1.Durat vſq; ad offertorium incluſiue.2.Vſq; ad Canonẽ maiorẽ excluſiue. 3.Vſq; ad cõmunionẽ.4.Vſq; ad finẽ:vt hoc late ꝓſequitur Ales in ſumma,Thomas & Alij Gabriel in expoſitione canonis miſſæ,& Clitophæus,Innocẽtius,Vuilhelmus, in rõnali diuinorũ,Tuicen.antiqu⁹ Abbas Augię Berno.

Partes miſſæ.

Albertus.

Berno.

Ad hæc nouatores iſti non commode diuidunt,& ineptius explicant: nã primo miſſa non eſt recordatio cœnæ dominicę,in quo ſępe fallitur Luther,vt erudite redarguit eum Hier.Emſer fel.memo.De præcibus rectius Auguſtinus de conſe.diſ.2.Vtrum. In verbis Chriſti ſacrificia cõficiuntur:reliqua omnia quæ ſacerdos dicit,aut chorus cleri canit,nihil aliud ſunt,quàm gratiarum actiones,aut certe obſecrationes & fidelium præcationes.

Emſer. Auguſt.

Quum citant Cyprianum eſt admirandũ, cũ non neſciãt ſanctum martyrem toties teſtari ſacrificium miſſæ, in epiſtola ad Cæcilium. Sacerdos ſacrificium verũ & plenũ tunc offert in eccleſia Deo patri, ſi ſic incipiat offerre, ſecundũ quod ipſum Chriſtũ videat obtuliſſe: Et infra. Calix qui in eius cõmemorationem offertur mixtus vino offeratur,renarrat Auguſt.lib.4.De doctrina Chriſtiana.

Cyprian⁹

Auguſti. cap.21

Et ad Corneliũ papam cũ Synodo ſcribit. Quia ſacerdotes ſacrificia Dei quotidie celebramus, hoſtias Deo & victimas

victimas pręparemus: Id facit in multis aliis locis. Definite ergo tam sanctum & antiquum patrem contra sacrificiũ proferre: Licet Deo permittente vbi reliquiæ eius adseruãtur, nulla prorsus fiant ecclesiastica sacrificia.

Perperam & hoc sentiunt, nõ posse fieri applicationem pro aliis siue viuis siue mortuis eorum quæ fiunt in missa: Nam huius contrarium docuit S. Paulus. Obsecro primo enim fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus, qui in sublimi potestate sunt constituti, vt tranquillam & quietam vitam agamus, &c. Hoc enim bonum est & acceptum coram Deo. Quibus verbis Paulus teste Augustino ad Paulinum, glossa ordinaria. Haimone & aliis, dedit formam orandi & applicandi missam pro aliis, sicut hodie vtitur sancta ecclesia in officio missæ, cum dicit. In primis offerim° pro Papa nostro, & Imperatore nostro Carolo, & Rege nostro, & omnibus orthodoxis: Testatur hoc etiam Augustinus ad Pringium, cum ait. Et quẽ pro vobis in sacrosanctis mysteriis semper inuocauimus: Testatur Tertullianus, qui ante M.CCCC. ferme annos in ecclesia martyrum floruit, nominatim citans hunc locũ Pauli. Et Ambro. super illo loco ait. Hæc regula ecclesiastica est tradita à magistro gentium, qua vtuntur sacerdotes nostri, vt pro omnibus supplicent, deprecantes pro regibus huius sæculi.

3. Missa applicatur. alijs. 1. Tim. 2. August. August. Tertull. ĩ Apoc. ca. 30. & 31. Ambrosi°

Cyprianus quoque & ipse in ecclesia martyrum, ante M.& CCC. annos hoc clare testatur in epistola ad Fœlicem presbyterum, in ordinationibus sacerdotum, immaculatos eligere debemus, qui digne & sancte sacrificia offerentes deo, audiri in precibus possunt, quas faciunt pro plebis dominicæ incolumitate: in epistola quoq; ad plebẽ Furnis, prohibet oblationem pro eo fieri, qui elegit sacerdotem tutorem.

Cyprian°

Et profecto magna est impudẽtia aduersariorũ, quod non erubescunt negare applicationem missæ, quæ semper fuit & erit in ecclesia Dei vsq; ad consummationem sæculi. (Iuniores Gregor. Bedam, Bern. Hugones non adduco, quos constat ecclesiasticæ subscribere sententiæ.) Existimo surdos & cæcos esse aduersarios, non videntes Apostolum

Applicatio missæ.

Hier.5. ftolum docentem appellationem pro aliis. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis: propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro ſeipſo offerre pro peccatis. Potuit ne clarius affirmare applicationem ſacrificij pro alio, vas illud electum

Leuit. 4. Ita in Leuitico pluribus locis iubet dominus ſacerdotem offerre pro populo, & rogare pro eo, & tota ſcriptuta eſt plena.

Orare ꝑ mortuis. Obiiceret aliquis Coryceus ſectę illius: Iuducta faciūt mentionem de viuis, vos autem in veſtris miſſis manum extenditis etiam ad mortuos. Reſpondeo, non deeſſe no-

Tertull. bis etiam teſtimonia de mortuis: Nam ita ſcribit Tertullianus in li. de Monogamia de vidua. Enimuero pro anima eius orat, & refrigerium intimat, poſtulat enim & in prima reſurrectione cōſortium, & offert annuis diebus dormitionis eius: ecce ante M.CCC.LXXX. annos anniuerſa-

Auguſt. ria peracta ꝑ mortuis. Auguſtinus ꝑ matre mortua curauit ſacrificium miſſæ offerri, vbi etiam orat omnes lecto-

S. Gallus. res, vt meminerint matris ſuę ad altare Dei. S. Gallus dixit Magnoaldo diacono. Poſt huius noctis vigilias patrem meum columbanum ad cœlos migraſſe cognoui, pro eius requie, ſalutis hoſtiam debeo offerre.

4. Verum eſt Euchariſtiam vt Sacramentum pro viuis in

2. Cor. 5. ſtitutam: ſed in miſſa tractatur non modo vt ſacramentum, ſed etiam vt ſacrificium: Chriſtus autem in cruce obtulit

Roma. 14 ſe in ſacrificium pro viuis & mortuis apoſtolo teſte, & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, & ad Rom. ait. In hoc Chriſtus mortuus eſt, vt viuorū & mortuorum dominaretur, cur ergo ſacrificium eccleſia non applicaret pro viuis

2. Mac. 12 & mortuis. Si Iudas Machabęus obtulit ſacrificium legale

Auguſti. ꝑ mortuis. Et Auguſtinus toto libro de cura pro mortuis agenda, & omnibus opponit authoritatē eccleſiæ, quæ tūc non ſteterat D. annis, quanto fortius nos Luderanis obiiciamus authoritatem eccleſiæ, quæ M.D. ſtetit iam annis.

Ambroſi' Roborat Ambr. de obitu Valentiniani, rationem ſeptimi

Cabalionen. & tricęſimi explicans: Imo in concilio Cabalionen. ſancitum eſt, in omnibus miſſis pro defunctis eſſe orandū. Ideo non mirum, ſi templa ſint occupata ſuffragiis mortuorum,

in

in quibus tamen ſemper miniſterium accedit pro viuis.

DE PRIVATA MISSA EO.
art. x x. ℭ. 4. H.

ERRATA SCRIPTI.

Conſuetudo vetus fuit, & canones ſanxerunt, frequen- 1.
tem fieri communionem, optandum eſſet hunc morem non eſſe mutatum.

Ibi adhuc erant ignoti abuſus miſſæ applicandę pro a- 2.
liis viuis & mortuis.

Opinio obrepſit, quod ſacerdos offerat pro Eccleſia, 3.
mereatur ſibi & aliis.

Imaginatio acceſſit, ſingulas miſſas plus valere pro ſin 4.
gulis, quàm vnam pro multis.

Hos horrendos abuſus peperit mutatio apoſtolicę con 5.
ſuetudinis, qua in miſſa fiebat communio plurimorum.

Nihil dubium, repræhendendam eſſe applicationem 6.
oblationis, & opinionem meriti pro aliis viuis & mortuis, quia illa opinio partitur meritum in paſſionem Chriſti, & opus ſacerdotis.

Probant errorem. i. quia Chriſtus ſeipſum obtulit, er- 7.
go non alius. 2. Non iuſſit ſe offerri in cœna ab aliis. 3. Quiſque propria fide applicat ſibi beneficia Chriſti. 4. Chriſtus in cœna non obtulit, ſed diſtribuit Euchariſtiam. Apoc. 20

Opiniones de priuata miſſa ſunt repræhendendæ, & il 8.
la applicatio miſſæ taxanda, & concedendum volentibus omittere priuatas miſſas. Quid tibi videtur catholice lector, an non legio dæmonum impugnatores eccleſiæ diuexet, & ſolutus ſathanas de carcere ſuo, ſeducat gentes.

CONFVTATIO PRAESTIGIOrum contra ſacrum officium miſſæ.

Requenter communicaſſe fideles in primitiua eccleſia, 1.
nouimus tacentibus aduerſariis, vt in Homiliis ſcripſi de cœna domini: nam primo quotidie, dein ſingulis dominicis. Poſtea in magnis feſtiuitatibus, poſt hac res deuenit ad tres feſtos dies: poſtremo omnino frigeſcente charitate præceptũ fuit de ſemel cõmunicando tẽpore paſchæ: tamen ſæpius cõmunicare ſemper fuit laudatum, & timentes Deum obſeruarunt. Bucer affirmat paulatim docendo

reuoca

...nthera-...i prædi-...antes ra-...ò cõmu-...icant. reuocauerint veterem consuetudinem communicandi,sed peterem ab ipso cur tam raro ipse communicet?quis proximo decennio vel ter saltem in anno vidit communicare Lutherum, Bucerum,Blarerum, Schnepsium, Hosandrũ, Musculum,Frechium,& similes sectæ capitaneos: An non vana est illorum iactantia de frequenti communione?cum eorum sacerdotes adeo abhorreant à communione,vt etiã celebrantes & laicis communionem exhibentes, ipsi tamẽ à communione abstineant,vt supra ostendimus.

Si de laicis suis loquitur Bucer,audiui sane pluries, ab initio frequentem (vt sunt hominum animi ad nouitates proni)fuisse communionem : sed initia hæreticorum feruent ait Cyprianus,mox tepuerunt,vt rarissimus sit communicans iam apud eos,scilicet in magna ciuitate duę aut tres vetulæ veniant ad altare. Hoc quoq; audio in plærisq; ciuitatibus aliquos accedere,solum vt captent beneuolẽtiam magistratus,vt videantur egregie Lutherani,aliquos accedere vino sublimato ebrios , eructantes ad vomitum vsque,rarum esse virum honestum communicantem & bene moratum,& vbi est,quòd superius iactarunt neminem admitti ad Eucharistiam,nisi exploratum . Et cum sciant hoc esse falsum,mirum quòd non pudefiant,huiusmodi cõtra conscientiam gloriosissimo & Catholico Imperatori nostro Carolo in scriptis offerentes.

[Margin: Cyprian⁹ — Barbarica cõmunio Luderanorum.]

2. Ostensum est præcedenti annotatione,ecclesię apostolicæ & martyrum,fuisse notam applicationẽ Missæ pro viuis & mortuis,vnde impius est,quicunq; ecclesiam catholicam suggillat , eius consuetudinem spiritu sancto docente receptam,abusum culpando.

3. Non opinio,sed veritas catholica à spiritu sancto inspirata,qui est ei datus vt doceat eam omnem veritatem, hoc habet vt sacerdos offerat pro se & pro aliis viuis & mortuis vt priori paragrapho euidenter probatum est. [Margin: Iohan.14]

4. Nec est imaginatio,sed rei veritas plures missas maioris esse valoris apud Deũ,quàm vnam,vt ostẽdimus:quod si nulla ratio exhiberetur:sufficiat nobis & sufficere debet ecclesiæ catholicæ authoritas,aduersus quam nec portę inferi præualebunt. [Margin: Matth.16]

5. Horrendæ sunt impietates & à synceritate catholica remotissimæ

motiſſimæ negare miſſas applicãdas & valere viuis & mortuis. Ineptus eſt ſophiſta, cum Bucerus argutatur ab oblatione ad communionem: quæ ſunt diſiuncta & ſeparata, ſacerdotis eſt offerre, laicorũ eſt communionem recipere. Licet neminem opinor eſſe fidelium, qui non optaret laicos, vt olim frequenter communicare ex feruenti charitate & deuotione: Verum qui ſunt indeuotiores apud Lutheranos ſæpius communicant, & quaſi pro ſpectaculo habẽt communionem, ſicut Zuingliani pro conuiuio.

Quàm ſupinum afferunt errorem, quia ſententia catholica partiatur meritum miſſæ in paſſionem Chriſti & opus ſacerdotis: quis vnquam vel per inſomnia ſic locutus eſt. Nos dicimus totam efficaciam miſſę eſſe à Chriſto, qui eſt ſummus pontifex & ſacerdos, hic eſt qui cõſecrat, offert, & Deum patrem omnipotentem placat. Sacerdos autem homo ſolum eſt miniſter Chriſti & Eccleſiæ, vt inſulſe diuidas meritum Chriſti & miniſtri eius. Quod autem Chriſtus homini concedit, vt meritum miſſæ applicet, huic vel alteri, eſt immenſa dei bonitas & clementia, à nobis non expugnanda, ſed cum laude & gratiarum actione humiliter ſuſcipienda. 6. Sophiſmata Bucerana.

Ad cumulum ſophiſmatum breuiter dico. 1. Chriſtus ſe obtulit, fateor: ergo alius non offert eum, ſcilicet ſacerdos, ſi legiſſet magiſtrum: nouiſſet Chriſtum oblatum à patre, à ſeipſo, à Iuda, à Iudæis: ac hodie offertur à ſacerdotibus miniſtris & tota eccleſia in myſteriis. 2. Falſum aſſumit dominum non iuſſiſſe, vt offerretur: nam dicendo, hoc facite in meam commemorationem, facite, hoc eſt, conſecrate, offerte, accipite, manducate &c. quæ omnia hoc loco includit facere: Si es ſaxeus & negas: dic mihi, vbi dominus & ſaluator noſter dedit poteſtatẽ diſcipulis & ſacerdotibus conficiendi hoc venerabile ſacramentum Euchariſtiæ? niſi forte hæreſim Zuinglii non omnino exuit, quãdo ſcripſit ſuper Matthæo contra Lutherum. Nulli homini datur facultas efficiendi corpus Chriſti, Mat. 26. & Iohan. 6. negauit verbis confici Euchariſtiam: vbi totiſſimus eſt Zuinglianus. 3. Non nego timentem Deum ſibi applicare & ſe facere participem beneficiorum Dei per fidem, quæ per dilectionem operatur, vt ait Paulus, & per varia bona 7. Bucer. Galat. 5

bona opera nobis à ſpiritu ſancto in ſcripturis commēdata: At ſophiſma eſt, ergo per miſſam nobis beneficia Chriſti non applicantur: cum in omnibus ſacramentis nobis gratia merito paſſionis Chriſti applicetur. 4. falſum aſſumitur, Chriſtum ſe non obtuliſſe in cœna: Nam primo obtulit ſe in cœna figuraliter in agno paſchali, vbi impoſuit finem vmbratili ſacrificio & ſacerdotio, & vt Paulus ait, abſtulit primum, vt ſequens ſtatueret: deinde obtulit ſe ſacramentaliter ſub ſpeciebus panis & vini ſecundum ordinem Melchiſedech: oblationē vero victimæ ab Iſaia prædictæ, conſummauit in cruce: Quod ſi negas Chriſtum obtuliſſe in cœna, oſtende vbi obtulerit panem & vinum ſecundum ordinem Melchiſedeck?

Chriſt⁹ ſe obtulit in cœna. Hebr. 10. Eſaiæ. 43 Pſal. 109.

8. Quam bene inſtruunt eccleſiam, eccleſiæ deſertores. Miſſas priuatas abrogandas, applicationem miſſarum taxandam, permittere vt contra inſtitutionem canonicam, contra fundatorum ſupremam voluntatem, priuatæ miſſæ negligantur, omnia videlicet contra totius vniuerſalis eccleſiæ vſum aboleantur, quæ ab eccleſia martyrum ad nos peruenerunt propter ſchiſmaticos à. 22. annis in angulis Germaniæ natos in Saxonia, quàm ægre Carolus magnus Imp. decennali bello ad fidem Chriſtianam ſuſcipiendam coēgit. In auctario Enchiridij miſſas priuatas aſſeruimus ex Alexādro papa & martyre, ſub q̄uo iā dicebantur miſſę ꝓ defunctis ante M.CCCC.XX. Annos, ex Honorico papa, Sothero, Teleſphoro, Leone, Gregorio magno, Gelaſio, Iohanne & aliis pontificibus. Ex Auguſtino, Ambroſio, Nazianzeno, Iohanne eleemoſynario, Tertulliano. Ex conciliis quoque Agatenſi, Triburien. Laodicenſi. Aurelianen. Carthaginen. & ſexta ſynodo. In quibus apertiſſime priuatæ miſſæ approbantur, & teſtatur hoc multitudo capellarum antiquiſſimarum, & multitudo altarium, tam in eccleſiis cathedralibus, quàm monaſteriis, in quibus etiā ſancti viri Chunradus, Vlricus, Gallus & alij miſſas priuatas celebrarunt. Applicationem miſſæ & orationum taxare non poſſumus, niſi velimus taxare ſpiritum ſanctum, qui applicationē huiuſmodi in nouo & veteri docuit teſtamēto, vt ſuperiori articulo probauimus, & in auctario fuſius fecim⁹: ad quę aduerſarij nihil reſpōderūt, ſed nec poſſunt reſpon-

Ironia. Pro priuata miſſa. Fol. 54.

respondere. Ideo sponsam Christi ecclesiam sequamur, probatissimos martyres & sanctos, sancta quoque concilia abhorrentes noua & impia consilia, veritati, gloriæ dei, ac saluti fidelium aduersa.

DE VSU INTEGRI SACRAMENTI eo. Art. 21. ¶. 5.

ERRATA SCRIPTI.

Norunt plures fuisse morem ecclesiæ vti integro Sacramento. 1.

Sciunt hunc morem à Christo traditum esse. 2.

Christus commendat nobis hoc sacramentum nomine testamenti, testamentum autem non est violandum. 3.

Si ergo eis non porrigitur Sacramentum integrum, alij prorsus abstinent, alij cum perturbatione conscientię accedunt. 4.

Si vsus ille restitueretur, iam esset concordia: quia nostri non accusant nondum satis institutos, sed persecutores, qui mutant institutionem Christi, & probant illam. 5.

Eccesia superior non damnatur: habet enim ecclesia sancta interdum aliquas stipulas. 6.

Prædictum est postrema tempora ecclesiæ plena periculi futura, sicut multis exitio fuerunt lex de cœlibatu, superstitiones monasticæ, abusus missarum & cultus sanctorum. 7.

EXAMEN.

Librum examinando repurgauimus illam sententiam modo propositam, non eam tollere errores, sed augere & firmare, non facere conscientias tranquillas, sed Fol. 54 læsas, cauteriatas & erroneas, ad illum ergo locum superiorem me remitto. Ideo paucis nos expediamus.

Fuisse hunc morem communicandi laicos sub vtraque specie non negamus in aliquibus ecclesiis Græciæ, Aphricæ, & Germaniæ, & maxime in ecclesia martyrum, vt sanguinem Christi sub propria specie sumentes, alacres fierent ad sanguinem pro Christo fundendum. Ad hæc si etiam vtriusque speciei vsum habuerint, non tamen dixerunt esse de necessitate præcepti, neque alias ecclesias vnam speciem laicis dantes contempserunt, neque eas damnauerunt, velut mutantes institutionem 1.

nem Christi. Id quod veteres & noui faciunt schismatici Calicearij & Lutherani. Et in ecclesia Romana non memini me legisse Eucharistiam sub vtraque specie cõmunicatam laicis, nisi quòd argumentum colligi possit ex vita Sancti Laurentij.

2. Hunc morem obseruauit Christus, sed apostolis dedit
Matth.10 non laicis. Iamdudum elegerat eos, & fecit vt essent duodecim. Vtranq; speciem dedit, qui perfectum sacramentũ instituit, noluit facto ostendere se sacerdotem secundũ ordiné Melchizedek, aut nullibi Christus docuit esse de necessitate præcepti laicis vtramq; speciem dari.

3. Corrumpunt verba & mentem Christi: non enim lo-
Lib.3.c.2 quitur hic de testamento, vt est suprema voluntas morituri &c. sed vt est lex noua, testificans mentem & voluntatem Dei, vt pleniter ostendi de sacrificio missæ: symbolice posse tractari, vt testamentum, hoc nemo Christianus negauit & nostri largissime prosecuti sunt, quàm vnquàm vllus Luderanus: verum proprie dici testamentum pro vltima morituri voluntate, adeo non est de mente saluatoris
Marci.14 nostri, vt ei quam maxime refragetur. Ait enim: Hic est calix (sanguis) noui testamenti, non dicit, nouum testamé-
Lucæ.22 tum, quod si etiam diceret, vt in Luca, intelligendum esse confirmatiue, sanguis confirmat testamentum, hoc est, legem Euangelicam, sicut Moyses ait, in confirmatione veteris testamenti, aspergẽs populum sanguine. Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus. Iniuriam facit ec-
Zuingli⁹ clesiæ, qui dicit eam violare testamentum sponsi sui Christi. Audi Bucere, es oblitus quod frater tuus Zuinglius scripsit ad regem Franciæ esse abusum quod sanguis dicatur testamentum.

4. Quia male seducti per nouos prædicatores nuper natos, deponãt conscientiã erroneam, & nõ obstineant à cõ-
Prouer.3. munione tempore statuto ab ecclesia, ne peccent per inobedientiã, & cessabit omnis perturbatio conscientiæ, quando fidit & credit ecclesiæ catholicæ, & non innititur propriæ prudentiæ contra sapiẽtem, inanes cauillos & sophismata contra vniuersalem ecclesiam sibi affingens: Sicut filiola quæ discit fillare, si quando filla inuoluuntur, quanto magis vult illa facere recta, tanto magis implicat & irretit:

si auté

si autem offert matri, illa mox nouit inuoluta explicare. Sic filius ecclesiæ, si implicatur dubio aliquo in articulo fidei, maxime laicus, si vult dubium illud explicare proprio ingenio & ratione humana, magis implicat & inuoluit se in plures errores: Quod si matri ecclesiæ obtulerit ore & corde dicens. Credo ecclesiam catholicam, credo sponsæ Christi, credo columnę & firmamento veritatis, quia regitur magisterio & doctrina spiritus sancti: extra illam arcã diluuio peribo, his solidis fundamentis repellat omnes nebulas dubitationis, & conscientię perturbationes. Maxime cum ecclesia omnes hæreses finaliter vicerit quotquot fuerunt.

1. Tim. 3
Gene. 7.

Non est filius germanus ecclesiæ, qui vellet concordiam facere cum iniuria matris: citius scandalum nasci permittitur, quàm quod veritas relinquatur ait Gregor. Et diserte ait S. Basilius, ecclesia facile pacem obtineret ab hæreticis si veritati cedere vellet: hoc autem nunquam impetrabunt. Esto quod tota Germania faceret, quid ditissima Hispanię regna? Quid Italia parens religionis? Gallia cum suo Christianissimo Rege? quid Portugallia, Hungaria, Polonia, Scotia, Anglia, Sicilia, Neapolis, Croatia, Nauarra? Quid potentatus maximi, Veneti cum regno Cretæ & Cypri, Mediolanum, Florentia, Genua, Senis, Luca, & fortissimi Heluetiorum Cantones octo cum Valesiis, nunquid consentient & manus dabunt, & fatebuntur se & antecessores suos mutasse institutionem Christi? O temeritas.

5.
Gregor.
Basilius.
Cõcordia impotés.

Sed magis absurdum est, quod addunt se non accusare, nondum satis institutos: ac si in regnis & dominiis supra memoratis Christiani nondum essent satis instituti, ac in reliqua Germania: sed expectasset, exiticios monachos fidefragos sacerdotes, grammaticos, textores fabros, cerdones Lutheranos. Ego contrarium dico in hoc articulo, & aliis, fideles bene institutos: aduersarios autem Zuinglianos, Parabaptistas, Luderanos, Suermeros à veritate & fide destitutos, ne quid grauius dicam, Vnde quod ab initio valde orant, ac si supplices forent: tamen est qui nequiter se humiliat, ait Sapiens, & interiora eius plena sunt dolo: orant hoc eis permitti, quo se Euangelicos iactarent, & totam ecclesiam hæreseos damnarent: Cum fideles laici integrum

Christiani bene instituti.
Eccles. 19

grum recipiant signatum Christum, etiam si non recipiant integra signa huius sacramenti.

Ecclesia aliqua mutauit. Sæpe adferunt institutionem Christi mutatam: at in hoc iniuriantur Ecclesiæ catholicæ, quæ licet mutauerit aliquando formam baptismi, in nomine Iesu baptizans, & in sanguine & suffocato cōmedendo contra cōcilium apostolorum, (vbi videmus maximam ecclesiæ authoritatem) at hic nihil factum est ab ecclesia contra Christum: cum ipse nullibi instituerit aut præceperit communionem laicis sub vtraque specie, & etiam in primitiua ecclesia aliquando obseruatum fuit contrarium. In cœna Christus plus formulam missæ monstrauit, & sacramentum instituit quàm quod laicis formam communicandi præscriberet.

6\. Multas gratias debemus misericordiæ aduersariorum, Hiere.1 quod non dānant ecclesiam superioris ætatis, homines misericordes videlicet, qui habent potestatem vitæ & necis, vt euellant, destruant, disperdant, dissipent, ædificent & Hierony. plantent. At solum dolus est & fucus, vt Hiero. ait: Hæretici pacem simulant, quam non exhibent, quia hanc obiectionem aliter diluere nesciunt. Si vera esset eorum sententia superioris ætatis Christiani omnes essent damnati: Sentiunt quàm crudele hoc esset dicere, tantam multitudinem per totum orbem Christianum in Christo mortuam, damnare: ideo hunc fucum prætexunt, vt de Eucharistia etiam Oecolampadius fecit in disputatione Baden. sed mentita est iniquitas sibi: cum ignorantia eorum, quę sunt in Euangelio explicita neminem excuset, vnde maligne incusat ecclesiam, in hoc habuisse stipulas suas cum ipse Deum orare deberet, vt à ligno æterni ignis liberaretur: rectius sense-1. Ioan. 2 runt concilia generalia & tota ecclesia, quàm nuper nati schismatici, qui ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis.

7\. Periculosa tēpora nouissima Luderanorum, & timendum quod ve- Recte hic conuincuntur errorum aduersarij, nam dominus & saluator noster loquens de periculosis temporibus nouissimis, cum Paulo, Petro, & Iuda, digito monstrāt magistros illos prurientes auribus, & qui dicant hic est Christus, apud Zuinglios: alius autem hic est Christus, apud Lutherum: Sic alius apud Parabaptistas, &c. Christus & apostoli prædixerunt errores, & hæreses, ac discessiones à fide venturas validissime. Contra hi iactitant, primū iam

solem

solem Euangelicum ortum,& Euangelium sub scamno extractum: Cum ergo veteres resuscitent hæreses, & nouas adiiciant:quomodo tam cæci sunt, vt non videant periculosa nouissima tempora de eis & propter eos dicta: Cum ecclesiæ sanctæ doctrinæ & consuetudines ab apostolis, à martyribus, à sanctis confessoribus ad nos vsque dimanarunt, vt de sacrificio missæ, de inuocatione sanctorũ, de cõfessione, de sacramentis, de suffragiis mortuorum luculenter & manifeste in superioribus probauimus. nient alij hæretici peiores. In cæcitate Ludd.

Proderit euocare verba, quæ frangant ceruices aduersariorum: Nam Christus inquit, surrecturos in nouissimo pseudoprophetas, qui seducent multos. Et Paulus inquit. Discedent à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium. Et iterum nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines speciem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenietes:qui resistunt veritati, sicut Iamnes & Mambres restiterunt Moysi: mali homines & seductores, proficient in peiùs errãtes, & in errorem alios mittẽtes. An non suis coloribus depicti sunt hic Neochristianorum prædicatores. Petrus ait. Fuerunt pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mẽdaces, & alio loco. Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias cõscientias ambulantes. (quod schismatici hodie faciunt.) Similiter admonuit Iudas. Quoniã in nouissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus: hi sunt, qui segregant semetipsos animales, spiritum non habentes. Matth. 24. 1. Tim. 4. 1. Tim. 3. 2. Petri. 2. 2. Petri. 3. Iudas Thadd.

Quæ omnia aperte in aduersariis apparent, in exẽplis eorum. Nam inter doctrinas nouissimi temporis enumerant cœlibatum, de quo tamen statuit Carthaginen. conciliũ ante M.CC. annos, & reiicit in priora tempora dicens, quod ipsum seruauit antiquitas. Enumerant Monasticen, quæ tempore Apostolorum incœpit, vt ex Dionysio liquet, & Philo de S. Marco testatur: Basilius quoq; ante M.CC. annos, scripsit de institutis monachorum, & hactenus cum maximo fructu durauerunt in ecclesia. Carthagi. Basilius.

Exemplum dant de missa, quã primus celebrauit Chri-

ſtus, dein Iacobus apoſtolus ſexta ſynodo teſte, vt ſupra de miſſa & veneratione ſanctorum oſtendimus.

ynodus xta.

At & nos veraciter manifeſtemus fructus nouiſſimi temporis & noui Euangelij, qui ſunt, Monachos fieri exiticios votifrăgos, ac relicto ſpiritu & ſeruicio Dei ſequi voluptates & deſideria carnis, reiicere ieiunia, relinquere cultum diuinum, Matutinas extinguere, eccleſias ornatu ſpoliare, Miſſam iuge ſacrificium Eccleſiæ vel mutare, vel ex toto cum Antichriſto tollere, ſanctis preces & honorem ſubtrahere, Monachas ſimiliter ſeducere, vt virgineo choro & flore relicto, Veneris turpitudines, ac ſpurcitias pro libidine ſequantur. Defunctis in purgatorio non ſuffragari, à ſede ap. & eccleſia Romana diſceſſionem facere, ſacramenta vilipendere & irridere, Euchariſtiæ ſacramentum vel penitus negare, vel multis erroribus ac abuſibus conſpurcare, matrimonia temere ſeparare, & illegitime coniungere, cæremonias, & ſolennitates baptiſmi, ſicut & aliorum Sacramentorum exufflare, confeſſionem vel abolere vel eneruare, templa omnia exuere cantibus, organis, imaginibus, ornatibus, cæreis, altaribus, &c. vt ſint loca deſolationis ſecundum Danielem, apta in quibus ſedeat abominatio Antichriſtus filius perditionis, ſanctos patres & doctores improbare, conculcare ſancta concilia, imagines Chriſti & ſanctorum deturpare ac more Turcico confringere, ſummo ſacerdoti maledicere, Cæſari iniuriari, fideles imperio ad defectionem inducere, ſubditos ad rebellionem incitare, vnde in Germania plus quàm centum millia virorum bello ſeruili interierunt, vltimas voluntates defunctorum infringere, reliquias ſanctorum violare, eccleſias paſſim & altaria ſubuertere, monaſteria diruere, eccleſias cathedrales & collegiatas cum prædiis occupare, honeſtum clerum & monachos probos in exilium pellere, calices, cruces, arculas argenteas diripere, redditus eccleſiaſticos propria authoritate in prophanos vſus conuertere, libertatem eccleſiaſticam tollere, proceſſiones & actus eccleſiæ ſubſannare, ſubditos ad has impietates, precibus, muneribus, minis & pœnis inuitare, & quaſi cogere. Habetis ne aduerſarij quod eccleſiæ catholicæ opponatis de periculis nouiſſimi temporis: cum tot & tanta ego

ructus uthera.

acrilegia Neochriſtianorū.

Virtutes Neochri.

Dani. 12.

go vobis obiecerim mala à vobis mundo illata: quæ omnem impietatem superiorum hæreticorum vincant? Respondete, si audaces estis.

162

DE COELIBATV SCRIPTVM vltimum.

QVàm incircunspectus est Bucerus, Vnde euidenter conuincitur quædam pro sua libidine, vel mutasse, vel addidisse: nam præcedentem articulũ omnino non consignauit in libro, vt suspicer scriptum illud non fuisse oblatum ab initio, & quia articulum præsentem de cœlibatu signauit circa librum charactere I. Quem modo priori articulo præfixit, & hic substituit L. At iis ad rem non multum pertinentibus, omissis, rem ipsam potius adgrediamur.

ERRATA SCRIPTI.

OPtamus vt gubernatorum authoritate tollatur ex ecclesia lex iniusta de cœlibatu, quę est fons damnandæ turpitudinis. 1.

Paulus vocat prohibitionem coniugij doctrinam dæmoniorum. 2.

In nouissimo iudicio apparebit, quantam ruinam traxerit diabolus hac lege in ecclesiam, quanta agmina animarum perdiderit, quia fornicatores, & adulteri regnum Dei non possidebunt. 3.

Nostrorum scripta perspicue ostendunt legem de cœlibatu pugnare cum iure diuino. 4.

Paulus vult presbyterum esse maritum. 5.

Prima cura in ecclesia esse debet de constituendis ministris, vt idonei eligantur, siue sint mariti, siue cœlibes: & electo cœlibi liberum sit etiam postea ducere vxorem, vitandæ scortationis causa secundum Aposto. 6.

Nec sacerdotum, nec monachorum voto impeditur cõiugium, quia est factum contra mandatum Dei. 7.

Siricius cum Hispanis sacerdotibus prę̨ciperet vxores dimittere, citat hoc dictum, & torquet qui in carne sunt, Deo placere non possunt. 8.

Voto impliciti sunt superstitiosi cultus, certum est ex secundo mandato decalogi, tale votum non placere Deo. 9.

Superstitio est, si cœlibatus existimetur res excellens 10.

placans Deum,& cõiugium putetur non placere Deo, aut vix placere, aut quod polluat sacerdotes aut Sacramenta, cum omnia sint munda mundis.

11. Ex redditibus monasteriorum dentur stipendia pastoribus, professoribus,& scholasticis.

EXAMEN SCRIPTI.

1. Lex cœlibatus nõ peperit vitia, sed hominum malitia, & Episcoporum negligẽtia, qui non obseruant sæueritatem canonum: Alioquin lex diuina, quam multi

August. præuaricantur, diceretur fons peccatorum. Imo nullum est peccatum, nisi quia lege diuina prohibitum: lex autem de cœlibatu bona est, refrenans carnem, ne concupiscentias eius sequamur, sed subsit menti & rationi, ac mortificentur membra eius iuxta apostolum, at aduersarij licẽter volunt permitti dominatũ carni, quando libertatem Euangelij, aut in occasionem carnis contra Paulum, & libertatem Euangelij habent pro velamento malitiæ contra Petrum. Quod euidentissime ex eo liquet, quod hæc optant, vt prælatorum authoritate tollatur lex illa,& ipsi non expectata superiorum authoritate,& nec petita, ducunt propria temeritate presumptas coniuges ingenti scandalo pusillorum,& contempta canonum & prælatorum authoritate secundum pruritum carnis & libidinem. Impij sunt aduersarij, qui legem à Christo & Paulo consultam dicunt iniustam & fontem turpitudinis: Calumniantur preterea tot sacra concilia, tot sanctos patres, & ecclesiam catholicam à tempore apostolorum & martyrum, à quibus hęc lex rationabilis & iusta iudicata est: Vt ex Canone.17. Apostolorum liquet. Et ex conciliis, Ancyrano, Cęsarien. Carthaginen. Agaten. Gerunden. Melden. Neocæsarien.& pluribus Toletanis patet apertissime: Vnde concilium Carthaginen. Tit.3. De cœlibatu cleri inquit. Vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Sed contempta vetustissima lege Neochristiani pudenda nouitate, in his periculosis nouissimis temporibus libidinoso & prohibito incæstu, monialibus, viduis ac etiam meretricibus sub fuco coniugij, etiam contra legẽ diuinam miscentur.

Colo.3. Galat.5 1. Petri.2. Nõ expectata supe riorum licentia, cõtrahunt. Luddera. Cœlibat⁹. Leui.21. Ezec.44.

Sic legem illam sanctã iudicarunt Pontifices, sancti in ecclesia

ecclesia martyrum & ipsi martyres & sequentes, Calistus, Siricius, Gregorius,& plures alij: Et omnes sancti patres & doctores ecclesiæ astipulantur successores, Origenes, Nazianzenus, Athanasius, Hiero. Augusti. Ambro. Gregor. Chrysostomus, & alij sancti, vt alias ꝓlixe induxi. Et in hoc quoq; Græci & Calabri sunt meliores illis, qui nunꝗ contrahunt post sacerdotiũ, sed coniugatos admittunt ad ordines sacros suscipiendos, tamen in Episcopum nõ recipiunt nisi cœlibẽ, diuersi ab illis salacibus Neochristianis.

2\. Prohibentes nubere

Id quod Paulus dixit contra Marcionem, Manten, Tacianum & alios hæreticos nuptiarum damnatores, sinistre torquent contra ecclesiam, quæ tamen non prohibet nubere, sed his qui fecerunt votum verum vel interpretatiuum prohibet, ne vota violentur, nã ante votum liberũ erat contrahere, neminẽ cogit ecclesia: Sicut enim cõiugatus prohibetur ducere aliã, viuente vxore, quia non debet diuidere carnẽ: sic ecclesia nõ vult vouentẽ, qui tradidit corpus suũ Christo, dare alteri potestatem corporis sui, quod ex Paulo alibi liquet. Et profecto mirandum esset, si sancta concilia, & tot sancti patres non intellexissent verba Pauli, vsquequo venissent grammatici Luderani & Suermeri. 1. Tim. 2.

3\. In nouissimo iudicio manifestabitur quanta ruina peccatorum, ex omnium legum transgressionibus, vt de adulteris & fornicatoribus, quorum multo maior est numerus in immensum, quàm sacerdotum & monachorum cœlibatum violantium: licet nec illis parsurus sit Deus.

4\. Plures sancti cœlibes

Enormiter hic lædunt ecclesiam, asserentes hanc legem esse contra ius diuinum, & naturale. Ergo Christus, Iohannes, Paulus, Titus, Timotheus, Ireneus, Cyprianus Martinus, Augustinus, Hierony, & alij innumeri cœlibes peccauerunt contra ius diuinũ, & naturale? Cur tunc Christus laudauit se castrantes propter regnũ Dei? Cur Paulus vitandas præcipit viduas, quæ primã fidem (hoc est cœlibatum) irritam fecerunt: quæ ideo habent damnationem. Quod vero remittunt se ad scripta suorũ, & nos referimus nos ad cõcilia, & scripta sanctorum patrum, referimus nos ad confutationem Saxonicæ cõfessionis, per gloriosissimũ Imp. nostrum, vere Catholicum Carolum V. Augustæ factã: Referimus nos ad scripta Fabri episcopi Vien. Clito- 1. Tim. 5.

uei, Schazgeri, Dietembergij, Vfingij, Kollin Vlmen.& similium doctissimorum virorum.

5\. Falsum imponit Paulo: non enim præcipit, aut sancit episcopo, vt maritus sit, sed vt docte Chrysostomus, & eleganter princeps Carpen. explanant, nam quędam absolute præcipit episcopis, vt illa quæ prauitatem excludunt: quędam autem sub conditione requirit, vt quod sit vnius vxoris vir, nō bigamus, trigamus: Item quod filios habeat subditos, id est, quod filios non habeat rebelles & iniquos. Vnde non præcipit, non suadet, neque permittit coniugium episcopis, sed qualis esse debeat eligendus in episcopum ostendit, quod non sit bigamus: Ideo quod inquit. Oportet episcopum esse vnius vxoris virum, refert rem iam factam & præteritam, non futuram: Nam violenter exponendo, nec Christus, Iohannes, Paulus, & ipse Timotheus & alij cœlibes, vel non fuissent episcopi, vel peccassent contra præceptum Pauli.

Episcop⁹ vnius vxoris vir. Crysost. Carpen.

6\. In deligendis ministris ecclesiæ, debent seruari conciliorum & sanctorum patrum ordinationes, non ab ecclesia exclusorum placita: Quod autem Apostolus ait Vir habeat vxorem propter fornicationem s. vitandam: cur non afferunt verba Pauli proxime præcedentia. Bonum est homini mulierum non tangere: permittit ergo Paulus ducere vxorem, vt infra ait. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium: quod si Paulus laicis indulget, non præcipit matrimonium, quanto minus sacerdotibus: Indulget ergo Paulus coniugium, sed non sacerdotibus, neq; vouentibus. Sed sunt alia etiam remedia fornicationis, auxilium s. gratiæ diuinæ: quia fidelis est Deus qui non patitur nos tentari supra id quod possumus, sed facit cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere: Et sapiens ait. Scio quoniam aliter non possum esse continēs, nisi Deus det. & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum. Hinc Paulus inquit. Omnia possum in eo qui me confortat.

S. Paulus permittit ducere vxorem. 1. Cor. 10 Sapien. 8. Philip. 4.

7\. Falsum est & apostasiæ incitamentum, vota illa facta esse contra mandatum Dei. Et quia iactitatis vanissime sacras literas, producite vel vnum locum, vbi Deus prohibeat in homine libero, vel votum castitatis, vel votum cœlibatus.

libatus: Imo illa vota emittũtur secundũ consiliũ Christi, vt & Apostolus explicat, adeo non pugnat cum lege Dei.

Siricius sanctus pontifex hic, ab aduersariis carpitur, quia multis modis eis aduersatur scribens Tarraconen. Episcopo. Nam eliminandas dicit personas monachorum & monialium, quę sacrilega contagione se miscuerint, contra publicas leges & ecclesiastica iura, decernit in ergasculis retrusas pœnitentiam agere. Improbat eos, qui post numerosa coniugia sacerdotium vel episcopatum ambiunt, & seuera constitutione inhibet sacerdotum coniugia, citans illud Pauli. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Bucer arbitratur eum hoc fecisse vel per malitiam vel inscitiam, neutrum licuit tam sancto & docto Pontifici impingere, qui cathedram Petri ante M.C.L. annos rexit: nam qui conuincuntur euidentius in carne esse, quàm qui carnis tentatione & concupiscentiis victi, vota & statuta reiiciunt, & carnis desideriis consentiunt, quod & Paulus testatur: Qui cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est: Et quæ nupta est cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro, Ideo noli Bucere cum mortuis pugnare, ante tot annos sancte in Christo defunctos, & hactenus à nemine laceratos, nisi iam à vobis Neochristianis, veritatis & castitatis hostibus.

[Margin: 8. Siricius. — Rom. 8. — Bucerima ledicẽtia. — 1. Cor. 7.]

Appellare cultus ex voto superstitiosos derogat fidei catholicæ, quod viuant caste, abnegent voluntatem propriam, ieiunant, vigilant, iugiter officiis diuinis inseruiunt, mundum reliquerunt, & alia faciunt, quæ sunt regularis obseruantiæ, est ne hæc superstitio? pugnat ne cum secundo præcepto decalogi? In vanum ne assumitur nomẽ Dei cum tanta reuerẽtia, deuotione, & zelo ei seruitur, vt glorificetur & sanctificetur nomen eius, Nec stulto Bucer assumptum suum verisimile faciet, cum isti sint laudabiles cultus latriæ & minime vitiosi.

[Margin: 9. Laus votorum.]

Cur autem non existimarent cœlibatum aut Monasticen rem excellentiorem, cum scriptura hoc expresse testetur, nam laudat Christus, qui seipsos castrarũt propter regnum Dei, apud Isaiam promittit eis locum in domo sua, & nomen melius à filiis & filiabus, nomen sempiternum,

[Margin: 10. Matth. 19 Cœlibat° res excellens.]

liquet

liquet excellentius præmium, ergo & excellentius meritum, eorum qui in castitate seruiunt Deo.

Errat & hic Bucer, ꝙ cum ecclesiæ doctores virginitatem & cœlibatum laudet præ coniugio, quòd propterea negent coniugiũ placere Deo, aut vix placere, vt error est Encratitarum, Manichæi, & similiũ, quia honorabiles sunt nuptiæ, thorus immaculatus, sed excellẽtior castitas & cœlibatus: Neque polluit matrimonij sacramentum, sed quia in datione legis Mosaicæ iussi sunt se continere à mulieribus, & ne manducarent panes propositionis, & qui seruiebant templo separabant se à consortio vxorum, velut Zacharias. Iussi ergo sunt se sanctificare ad ministerium dei, quanto magis ad Eucharistiam.

Encratitæ

Exod.19.

Lucæ.1.

11.

Caudam argenteam habet totum illud scriptum Ludderanorum, vbi magno dolo fucare volunt, ꝙ bona ecclesiarum, monasteriorum & beneficiorum diripiunt. O bona paupertas quæ Ludderanos facit opulentos. Cum tota Germania sciat, quomodo illa bona direpta veniant in cameram principum vel ciuitatũ, in fiscum, in horrea & cellaria illorum, & tamen hac fraude nobis illudunt, quia debeantur pastoribus, scholaribus & pauperibus: cum nulla vel minima ratio illorum habeatur: Imò potius bona monasteriorum donant vel vendunt laicis, argentum cudunt in nummos, gẽmis & lapidibus abutuntur ad pompam & vasis deauratis, velut Baldasar rex apud Danielẽ, vbi prius c. aut ccc. miseris dabantur eleemosynæ ex monasterio, iam nulli pauperi quicquã vel parum datur. At hęc omnia iustus iudex videt & nouit, qui potens est reddere vnicuique, secundum quod bonum vel malum gessit in corpore, qui adiuuet spõsam suam sanctam Ecclesiam catholicam, qui est benedictus in sæcula.

Cauda argentea.

Bona ecclesiarũ.

Danie.5.

AMEN.

FINIS EORVM QVAE LVDDERANI contra librum à Cæsare propositum, adiecerunt.

RESPONSVM DATVM CAESARI per principes catholicos.

CVm colloquium super libro & articulis Luderanorum fuisset absolutum, Cæsarea Maiestas librum obtulit cum scriptis aduersariorũ, ordinibus imperij, & eorum

eorum petiit iudiciū. Bucer vero hic multa immiſcuit de ſuo mucore, quæ nos tanquam priuatim ſcripta poſtremo loco tractabimus, quantum ad negotium noſtrum faciunt. At quæ contra principes catholicos magna malitia & maledicentia effutiuit, præterire nō poſſumus, quin obelis expungamus.

ANNOTATIO IN PRAEFATIOnem Reſponſo principum præfixam.

Bucer homo negotioſus, non orantibus catholicis ordinibus præfationem affixit aculeatam: In qua optimos principes audet notare, & ſuo mucore aſpergere, quæ pro honore illorum non poſſum ſurda aure præterire, licet & hoc ex me non petant, ſed zelus & feruor fidei me vrget, & vt lector mox poſſit cōferre, Buceranum pus annotationibus inſeram. 1.

Principes catholici non abhorrent à vera & pia cōcordia, vt mordet eos Bucerus, ſed hanc attentatam, intellexerunt paucorum opera ſubornatam, prudenter proſpicientes, eam tendere vel ad religionis ruinam, vel ad maiorem diſcordiam in Germania excitandam.

Male ſuggillat excucullatus iſte excellentiſſimos principes, quaſi omne conſilium diui Imperatoris de pacificatione Germaniæ abolere cenſuerint: cum conſtet ipſos maxime cupere pacem, vt vere Euangelicos, modo eſſet honeſta, quæ honorem Dei non minueret, & religionem noſtrā non violaret. Alioquin omne bellum magis optandum, quàm veritatem fide relinquere, fortes & præclari Romani pro patria ſanguinem fundere non dubitarunt: quanto magis catholicos principes fortes eſſe conuenit pro eccleſia, pro legibus eccleſiæ, & auita religione, velut alios Machabeos & Carolos. Quod cenſuerunt librum abiiciendū, nihil obfuiſſet, ſed profuiſſet concordiæ. 2. Principes catholici non aduer[ſantur Im]... ſicut ali[i]...

Porro quod cēſuerūt edictū Vuormacien. & receſſum Auguſten. confirmanda. At non iuſte & prudenter conſuluerunt pro antiqua religione conſeruanda, pro honore Cæſaris quoque, & Germanicæ nationis gloria tuenda? Si enim Cæſarea Maieſtas decreta mature deliberata cū omnium principum aſſenſu, doctiſſimis in Germania Theologis ſuffragātibus, & per Chriſtianum orbem promulgata, 3.

iam

iam propter stipulam Bucerum aut alios à fide & obedientia ap.se.discedentes,mutare vellet. A Pontifice,ab omnibus regibùs Christianis,ab ipsis prīcipibus catholicis Germaniæ,pro arundine, quæ agitur à vento, haberetur,absit hoc à constantissima Cæsaris nostri constantia, longe absit à catholico Maiestatis suæ animo. Cor Regis in manu Dei. Imo cum in hoc periculoso tempore omnia experiamur mala in orbe Christiano.bella Turcica,intestina,hæreses,rebelliones,pestilentia,morbos insolitos,inundationes aquarum,nimium iam æstum ac siccitatem, alio anno nimis pluuiosum tempus, vt fructus maturare non possint: Hoc solum boni habemus reliqui à Deo, quod nobis Imperatorem dedit potentem, ad debellandum hostes fidei, Mauros,Turcas:magnanimum,ad maximas res perficiendas, & ad longissimas profectiones expeditissimum. Animo tam iusto, tam clementi, tam religioso atque infracto, vt tota Christianitas non sufficiat Deo gratias agere,pro tanto beneficio,& munere. Et obsecrare,vt det ei Deus vitam prolixam, imperium securum, domum tutam,exercitus fortes,senatum fidelem,populum probum,orbem quietum, & quæcunque hominis & Cæsaris vota sunt. Viuat Carolus Imp. Viuat & triumphet.

Laus Imperatoris. Im. Christianissimus nobis à Deo datus.

Tertull.

4. Quod iterum Bucerus insimulat catholicos principes, quasi studuerint impedire concordiam. Insignis ardelio est,tam firme omnia narrat,ac si omnium principum inter fuisset consiliis,non fidus secretarius, sed egregius manifestarius,iniuriam facit Reuerendissimis Episcopis,nobilissimis principibus, Reuerēdis prælatis, Generosis comitibus,prudentissimis ciuibus catholicis, qui quærunt ea quæ ad pacem sunt,concordiæ amantissimi.

Principes non impediunt concordiam.

5. Affirmat principes eo etiam nixos argumento,non licere eis statuere quid certi de religione mutanda,sine Romani Pontificis assensu. Et quid tibi videtur Bucere & aliis schismaticis prædicatoribus? nōne pium & religiosum fuit hoc principum responsum?qui vnitatem ecclesię catholicæ,obedientiam se.ap.vsque ad sanguinem defendere parati sunt,nolentes facere discessionem,qualem Paulus prædixit?Hanc enim obedientiam Asiatici, Aegyptij,Græci, Mauri obtulerunt Romanæ ecclesiæ vt summum iudiciū

Principes in fide nihil statuere volunt sine Papa. 2. Thes. 2

in fide haberent, vt liquet ex Epistolis Athanasij Alexandrini, Iulij Papę c. hæc est fides 24.q.1. Hieronymus in epistola ad Damasum Papam, quæ incipit. Quoniã vetusto. 11.dis. Quis nesciat. 24.q.1. aduocauit. &.c. pudenda. Et c. inferior dist. 21.c. omnes dist. 22. cum mille concordantibus. Si ergo vetustissimos, sanctissimos patres & concilia secuti sunt principes incliti quid eis vicio vertis? Imo Christianissimos imitati sunt Imperatores, Constãtinum, Iustinianum, Valentinianum, Martianum, Theodosium & Carolum magnum, quorum verba adfero lib. 2. de primatu Petri. cap. 16. & 17. Authoritas Rom. ecclesiæ.

Nouus Palemon vsurpat sibi potestatem iudicandi de principibus, noua simia. Quia alij plus iusto adhuc tribuerent Romano Pontifici. (nimia obedientia vitium est apud schismaticos). Alij sibi metuerent à Papa & eius satellitibus, at si pontifex paratum haberet exercitum Ratisponæ, aliqu[illegible]t puto mularum. Alij pollicebantur sibi aliquid de integritate legati, & recte quidem, honesta polliceri sibi poterant de venerando sene doctissimo & integerrimo quæ vnitatem ecclesiæ promouerent, non scinderent. Cuius eruditionem ac vitæ sanctimoniam omnibus vxoratis obiicio Lutheranorum prædicatoribus. Bucer vsurpat indebite iudicãdi officium.

¶ RESPONSVM PRIMVM ELECTORVM ET PRINCIPVM CATHOLICORVM DATVM IMperatoriæ Maiestati de actis colloquij.

POstquam inuictissimus Imperator, dominus noster clementissimus, electoribus, principibus, & statibus clemẽter patefecit, & scripto cõprehensa offerri curauit, ea quę consignata fuerunt à collocutoribus, quos sua Maiestas ad id, cum hoc sibi communes status detulissent, delegit, vt viam & rationem ad conciliandam religionem citra tamen aliquod præiudicium quærerent, petiitque sua Maiestas, vt ab Electoribus ista cognoscantur, suamque

ipsorum

ipſorum ſententiam, hi ſuper iſtis rebus Imperat. Maieſt. communicent: Electores & cęteri Principes, atque horum abſentium legati, arduum iſtud negotium, pertinens nimirum ad gloriam & honorem Dei omnipotentis, ſalutem animarum, & communem Germaniæ nationis vtilitatem, diligenter, quantum per temporis breuitatem licuit, expenderunt. Ad negotium igitur huiuſmodi commode expediendum, vtile & conſultum eis videtur, vt Cæſareæ Maieſtati ſcripta ſex collocutorum, in quib⁹ de articulis religionis controuerſis agitur, iterum reddantur, ſuaque Maieſtas, tanquam aduocatus & defenſor catholicæ eccleſiæ, humillime rogetur, vt cum legato pontificio, iuxta decretum Haganoenſe, ſex collocutorum ſcripta cognoſcere, & communicare velit. Præcipue vero articulos, in quibus collocutoribus conuenit, exacta & ſumma diligentia examinare, ita, vt ſi quid in collocutorum ſcriptis repertum fuerit, quod vel ſententia vel verbis pugnet cum ſanctis patribus & laudabili eccleſiæ conſuetudine, ſi quid adhæc forſan abuſuum in eccleſia depreheſum fuerit, id mutetur, emendetur, tollatur. Præterea ſi opus ſit declaratione aliqua, ad ea elucidēda, quę in articulis obſcurius poſita ſunt, ea vt adiiciantur, huiuſmodi vero reſolutionē factam, referendam, quàm primum fieri poteſt, ad ſtatus imperij, vt ſiccum Imp. Maieſt. iuxta id, quod initio comiciorum ipſa propoſuit, concorditer ſtatus de his rebus agere poſſint. Vt deniq; Impe. Maieſt. dare velit operam, vt proteſtātes conſentiant in aliquam Chriſtianam formam & rationem conciliandi reliquos articulos nondum conciliatos, quod ſi nec hoc à proteſtantibus impetrari poterit, vt ad generale concilium reiiciantur, aut ſaltem ad nationalem ſynodū (ſi habendi generalis nulla ſpes fuerit) modo illa rite, & legitime conuocetur, quo tandem in Germanica natione, Chriſtiana pax & tranquillitas conſeruari poſſit.

MALIGNA BVCERI INTERPRETAtio ſuper reſponſo Catholicorum.

QVantum progreſſa eſt ſub nouo Euāgelio hominum temeritas, vt homo priuatus Bucerus nulla dignitate cōſpicuus, ſolis erroribus notus & inſignis, poſtquam cucullum exuit ſibi & coniugi, audet obedientium

dientium principum calumniari reſpoſum, & hoc quidem amarulentius facit, alterum reſponſum improbans, vt ſuo loco videbimus.

Cum autem diuus Imp. noſter à deo coronatus prædeceſſorum ſuorum ſequatur veſtigia, ac Romanum Pontificē, Chriſti in terris vicariũ, omni veneratione debita proſequatur, velut Bononiæ fecit 1529. Romę 135. & hoc ãno 1541. Lucę: tamē ob exulceratũ animũ (ſicut ſolent habere Lutherani) in ſummũ Pontificem S. D. N. affingit multa dicta diuo Cæſari, cõtra Pontificē & ſe. ap. Reiecit enim reſponſum principum, eo quod cauſam detulerint iudicio Papæ, vbi nihil horum ſperandum, ſi qui nouerint, quid Romæ credatur & viuatur, quæque ſint Papæ, maioriſque Cardinalium partis ſtudia. Ideo officium erat principum, hanc cauſam, nõ ad alios, minime autem omnium ad Romanos reiicere, &c. An Bucerus Romæ fuerit an non, neſcio: vagũ eum fuiſſe aliquando audiui per arces, tamē ſi ex me quærit quid Romæ credatur & viuatur. Reſpondebo ego ei: Bonos, quorum magna eſt ibi multitudo, tam honeſte viuere, tam religioſe Deum colere, tantam habere deuotionem vt per dies vitæ meæ, maiorem nunq̃ viderim. Cõtra vero, tantam vidi impudentiã in diſcolis ac viuendi licentiam, contra quã eccleſia mandat & obſeruat, vt Bucero & ſibi ſimilibus, eccleſiæ p̃cepta, ieiunia, & cæremonias vilipendentibus, maxime æquare videantur, niſi forte de fide melius ſentiant & credendis, q̃ Bucerus cũ cohorte ſua. Bucer falſarius.

Non poſſum ergo adduci, vt Catholicus noſter Impe. verba præfata contra Papam dixerit, ſed ſint ficta à Bucero, qui ex proprio loquitur, & amaro corde in ſe. ap. Quod vt verum ſit audiamus reſponſum ſuæ Maieſtatis, in quo nihil huiuſmodi contemptus reperitur.

RESPONSVM IMP. AD PRINcipes catholicos.

IMperatoria Maieſtas, Clementiſſimus Dominus noſter, reſpõſionē Electorum, principum, ſtatuũ, & legatorum, corũ principum, qui abſunt, pertinētem ad cauſas religionis, & ad librum eis à ſua Maieſtate oblatum, probe intellexit. Sperauerat autem ſua Maieſtas, Electores, principęs, ac reliquos ſtatus, poſtquam ſatis lõgo tempore librum

librum habuerunt, ac eum proculdubio examinarunt, aliquanto explicatius ac clarius expofituros fuam fententiam. Porro, quia femel in ea fententia, quam obtulerunt Imperat. Maieftati, obfirmarunt animos, ne officio fuo deeffe fua Maieftas cuiquam videri poffit, nihil ipfa intermiffuram fe offert in hac re, quod quidem fuam Maieftatem decet. Tradere itaque librum legato pontificio parata eft, ac cum eo communicare, quo de huius etiam fententia fieri certior poffit &c.

Vt ergo Imperat. Maieftas acta colloquij expendenda tradidiffet legato Romano, Gafpari Contareno. S.R.E. Cardinali, viro quidem ætate, eruditione, & moribus grauiffimo, & reuerendo. Is per literas refpondit.

RESPONSVM LEGATI.

NOs Gafpar, miferatione diuina, Tituli Sancti Apollinaris S. Romanę ecclefię presbyter Cardinalis, Contarenus, Sanctiffimi Domini noftri Papæ, & fanctæ fedis Apoftolicæ, in partibus Germaniæ, de latere legatus. Requifiti à Cęf. Maieftate, fuo, ac Reuerendif. & Illuftrif. Principum facri Romani imperij nomine, quid nobis videatur de his, quæ in negocio religionis tracta funt, inter collocutores catholicorum & proteftantium, à Cæf. fua Maieftate deputatorum, & fcriptis mandata, in quodā libro, exhibito eis à pręfata Maieftate, cum quibufdam apoftillis vtriufque partis, nec non in quibufdam quinternionibus Proteftantium: dicimus, quod omnibus bene difcuffis & confideratis, nobis videtur. Cum Proteftantes in nonnullis articulis difcedant à communi confenfu Ecclefiæ Catholicæ, in quibus tamen non defperamus, aliquando ipfos quoque, Deo bene iuuante, nobifcum confenfuros nihil amplius de reliquis omnibus ftatuendum, fed remittenda effe fummo Pontifici, & Apoftolicæ fedi, qui vel in concilio generali, cuius celebratio non multo poft fiet, vel modo alio, magis oportuno, fi res ita exegerit, ea poterit iuxta Catholicam veritatem diffinire, nec non habita rerum & temporum ratione, ftatuere, quæ videbuntur fore expedientia reipub. Chriftianæ, & huic inclitæ nationi Germanicæ.

GASPA-

GASPARVS, CARDINALIS CONtarenus, Legatus apostolicæ sedis.

Legatus vir optimus & rerũ ecclesiasticarũ impense peritus, interea vocat Archiepiscopos & Episcopos omnes, ac paterne eos adhortatur nomine S.D.N. vt honestatem ac religionem seruẽt in diocæsibus suis secundũ canonũ sanctiones & decreta patrũ ac conciliorum: quod magna fecit maturitate, vt est integerrimus, magna verborũ copia, vt est eloquẽtissima, argumẽtis efficacibus, vt est prudentissimus: at quia noluit approbare errores aduersariorum, in eum quid dirius scripsisse fertur Melanchton: qui etsi suapte natura sit mitissimi ingenij, patitur tamen se seduci & exasperari, vt suos quoque prodat aculeos: Mordet virum inculpatissimum quoque hic Butzer & suo mucore aspergit: Etsi diis placet, contendit inanissimis verbis apud sectas esse consensum totius Ecclesiæ, & non apud Catholicos ac Romanam ecclesiam: hoc agit tanta impudentia, ac inanibus cauillis & sophismatibus, vt indignum sit, vt nugis suis respondeatur: cum multa verbositate arrogat sectis doctrinæ puritatem, sacramentorum religionem ac cæremoniarum pietatem, quæ omnia vana, falsa, & à veritate aliena, tota nouit Germania: & manifestum fecimus in repurgandis Lutheranorum scriptis. Itaque omissis neniis Buceranis (nam cum benedicere nescit, semper pergit Pontifici Maximo, Legato honoratissimo, ac Catholicis maledicere) ad acta comitiorũ reuertamur. Et cum Bucer queratur se non habuisse ad manum exhortationem pientissimi D. Legati, quia hodie fortuito dum hæc scribem venit in manus meas, volo eam hic reponere, vt omnes pij agnoscant vere Christianum animum D. Legati. Contaré. Legat.

EXHORTATIO REVERENDIS. PAtris se. ap. Legati, ad Archiepiscopos & Episcopos Germaniæ. XIII. Iulij.

Reuerendissimi & Illustrissimi Domini. Cum heri Reuerendissimæ & Illustriss. dominationes vestrę ad nos venissent, ac nos quædã illis exposuissemus, quæ nobis ad reformationem Christianam facere in primis videbãtur, petierũt illæ, vt ea, quæ à nobis dicta fuerunt scriptis mandare, eorumque exemplar Reuerendissimis & Illustris- A persona nostra.

lustrissimis dominationibus suis tradere vellemus, vt ea commodius visere & perpendere possent. Quare nos vt eis satisfaceremus, quod heri dixisse nobis visi sumus, hic quàm potuimus breuiter scripsimus.

Illud primum, quod in domino hortamur, & monemus Reuerendissimas & Illustriss. dominationes vestras pertinet ad vniuscuiusque nostrum, vitam & viuendi rationem, in qua danda est omnis opera, vt Deo optimo placeamus, & fideles dispensatores inueniamur, ac legitimi dominici gregis pastores. Vitabimus ergo primum scandalum omne, ne scilicet populus possit vel leuiter suspicari, esse nos vllis voluptatibus addictos aut auariciæ aut ambitioni, vitandus est etiam luxus omnis in epulis, in domus apparatu, vestibus, cæterisque omnibus, quę solent laicos & vniuersum populum multum scandalizare.

A familia

Secundum pertinet ad familiam, ex cuius moribus si Christiani & boni fuerint, populus ædificatur, si vero mali fuerint, multum offenditur, & facile coniecturam facit, morum Episcopi, ex moribus familiæ, idcirco vt copiose admonet Bernhardus in li. de consideratione, Eugenium Pontificem maximum, maxima est adhibenda cura prælato cuicũq;, in comparanda sibi honesta familia, & in seruãda ab omni mala labe, & suspicione, imo instituenda vt ex familiarium nostrorum conuersatione, populus instruatur & ædificetur,

Cura pastoralis.

Tertium pertinet ad curam gregis nobis commissę, ad q̃ maxime putamus pertinere, vt episcopi habitent in locis frequẽtioribus suarũ diocœsiũ, vbi facile cauere poterunt, & prȩuidere si quid labis hu9 quę grassatur per Germaniã obrepserit, & confestim in tempore remedium adhibere.

Proderit etiam habere fidos exploratores in locis aliis, vbi episcopi non habitãt, vt per eos certiores fieri possint si qua fraude aduersarius noster eos tentauerit, ac confestim queant prouidere & mederi, visitare etiam diocœses frequenter, multum proderit, quo more vti solent Imperatores, in vrbibus obsessis, & oppugnatis ab hostibus: curare etiam vt cultus diuinus vigeat in ecclesiis nostris, & beneficia, à nobis conferantur viris probis & idoneis.

Quartum pertinet ad dispensationem facultatum &

reddituum episcopalium,ex qua magna comparatur inuidia apud populum, si viderit episcopum sumptus magnos facere in luxu & apparatu domus & familiæ,pauperes vero negligi, ideo vitandi sunt omnes sumptus huiusmodi, & pauperes quam maxime fouendi sunt, in eorumque necessitatibus maxima vtendum est largitate:hac enim ratione & deum faciemus nobis propicium(nam fœneratur domino qui miseretur pauperis,"t inquit Salomon)& populum nobis beneuolum, maximi momenti est hæc facultatum nostrarum dispensatio.

Quintum pertinet ad disciplinam & institutionem populi,comparandi sunt concionatores seu prædicatores,viri probi & docti,qui possint verbo & exemplo docere bonos mores, & orthodoxam doctrinam, qui non sint contentiosi,neque insectatores aduersariorum,adeo vtvideantur odisse,sed potius amare & optare eis bona ac pręsertim eorum salutem, nam acris insectatio eos irritat,& magis pertinaces facit,neque ædificat populum.

Sextum pertinet ad institutionem iuuẽtutis in literis & disciplinis,qua in re videmus protestantes nihil prætermittere, sed omnem lapidem mouere vt in suis gymnasiis habeant viros doctos,& illustres, quorum fama inuitatur iuuentus germanica,& præsertim nobiles ad eorum gymnasia,vbi imbuũtur simul cum literis etiam doctrina Protestantium, qua corrumpuntur ipsi,ac deinde per omnem germaniam dispersi alios quoque inficiunt.Idcirco danda est omnis opera, vt apud Catholicos instituantur scholæ, & gymnasia, conducantur doctores Catholici vere docti in bonis literis & disciplinis,qui sint celebres,vt eorum fama alliciatur iuuentus,& nobiles ad nostra gymnasia vbique bonis literis & orthodoxa doctrina imbuãtur, ab episcopis etiã admoneãtur parẽtes, ne velint liberos suos institui, in gymnasijs, in quibus orthodoxa fides non viget pręsertim cum habuerint scholas orthodoxas paratas.

Hæc voluimus dominationibus vestris reuerendissimis & illustrissimis,proponere,vt capita quædam generalia, quibus multa particularia addi possunt, pro cuiusque prudentia,vt pareamus S.D.N.Pont.maximo, qui nobis mãdauit,vt eas hortaremur ad Christianã reformationẽ,

ſimulq́ue vt fungeremur officio perſonæ, quam gerimus Legati inquam ſedis Apoſtolicæ, ad quam pertinet cura omnium eccleſiarum, ac etiam vt ſatis faceremus charitati fraternę,& illi neceſſitudini,quā cōpluribus de cauſis,ſentim⁹ nobis eſſe cū hac nobiliſſima & inclita veſtra ratione.

Hanc exhortationem eſſe piam, & Catholicam, nemo honeſtatis amans negare poterit, vtcumque calumnietur Bucerus. Habito autem Pontificij legati reſponſo inuectiſſimus Cæſar noſter Carolus, coram ordinibus imperij, proponi fecit ſubſequentem deliberationem,pro parando receſſu Comiciorum.

SENTENTIA IMP. DE DELIBERANDO ſuper receſſu Comiciorum.

1. IMperatoria Maieſtas, dominus noſter clementiſſimus iuxta ſententiam & conſilium Electorum, Principum, & Statuum Imperij,quæcunque inter collocutores acta ſunt,legato pontificio communicauit,déque his legati ſententiam rogauit,hanc denique cauſam, ſimiliter & reformationem,vt illa quamprimum(ſicut ea ſumme neceſſaria eſt,& in prioribus Comiciis ſæpe poſtulata) inſtitui poſſit, ſumma diligentia eidem Legato commendauit. Ad quę ambo Legat⁹ reſpōdit binis ſcriptis,quid ei faciēdū videatur,q̄ ſcripta Imperatoria Maieſtas ſtatibus hic offert.

2. Poſtquam autem ſua Maieſtas in hac cauſa religionis, quantam omnino potuit,diligentiam adhibuit,nec tamen exiſtimare poteſt, vt hiſce Comiciis quicquam amplius agi & effici queat. præſertim cum Legatus pontificius ea, quæ ſcriptis eius continentur,reſponderit:deinde quia ob hanc cauſam multum iam temporis effluxit, licet nihil ſit effectum, vtcumque ſua Maieſtas plurimum & laboris & moleſtiæ inſumpſerit:viſum eſt ei,ſtatibus ſententiam ſuā, & deliberationem,quæ ad receſſum, & ſummarium decretum horum Comiciorum conferre poſſit,exponere. Ea vero ſic habet.

3. Conſideratis laboribus,& diligentia,longo iam tempore multifariā adhibitis ad cauſas religionis componendas, ne ea cauſa religionis denuo in cōtrouerſiam trahatur, vt etiam caueantur, & auertātur vlteriora incommoda, & vt quàm minimum diſſidij relinquatur,vt etiam poſt hac au-

xilio

xilio Dei omnipotentis ad omnimodam concordiam articulorum, qui adhuc in controuersia supersunt, eo facilius perueniri possit, videtur Imp. Maiesta. deliberandum esse, an consultum sit, vt saluo quidem recessu Augustano, articuli, de quibus inter collocutores vtriusque partis conuenit, recipiantur tanquam Christiani, nec amplius in disceptationem reuocentur, idque saltem vsque ad Concilium generale, penes quod sit vlterior examinatio illorum & aliorum id genus articulorum. id quod etiam Legato Pontificio videtur, vt illius scripta satis testantur, dummodo, vt Legatus pollicetur, & certiores eos facit, primo quoque tempore habeatur Concilium, aut tantisper dum per alias vias legitimas, cum consensu statuum, rationes aliæ suscipiantur, quibus expediri tandem hoc negotium possit.

Præterea, an consultum videatur, si vel concilij celebrandi spes nulla sit (quod tamen vt habeatur, necessario religionis rationes efflagitant) vel id tardius, quàm conuenit, congregetur, vt tunc alius conuentus statuum imperij indicatur, in quo de religionis causis agatur quo tandem commode ad salutarem finem perducantur omnia. 4.

Qua in re Imperat. Maiestas, quantum ad se attinet, nihil intermissurum se pollicetur. Estque in ea sententia, vt quamprimum fieri potest, in Germaniam iterum, auxilio Dei omnipotentis, redire velit, atque ea præstare, quæ digna sunt Imperatore Christiano, quæque huius officium requirit. Proposuit denique sua Maiestas, se daturum operam, vt in propria persona conueniat iam Pontificem Romanum, vt certe ab illo cognoscat, quidnam de concilio sperandum sit. 5.

CONFVTATIO ADDITIONIS BVcericæ super propositione per Cæsarem facta.

QVia Bucerus post hanc propositionem diui Cæsaris, adiecit friuole multa ex maleuolo & deprauato animo suo, quibus pro consuetudine sua iniuriatur ecclesiæ, iniuriatur Romano Pontifici ac principibus Catholicis: solum vt simplicibus imponat & laicos à vera religione abducat: obiter respondebo maledicentiæ suæ 1.

Adulatur in primis Cæsari & Cæsarianis: nam verum

est animum Cęsaris paterne affici Germaniæ in causa religionis: At quod Bucer aut alius pdicator Lutheranus ex animo bene velit suæ Maiestati, fieri non potest, qui iam à tot annis declamarunt ad populum, Turcam potius ferendum, si eos permitteret in eorum suscepta religione, quàm Cæsarem. Deinde nemo excitauit maiorem inobediétiam in imperio, quàm peruersi isti prędicatores, laicis vbiq, instillando, ne formident Cęsaris potentiam, suos protectores numero & potétia præcellere Catholicis. Et in Comiciis Augustanis inter alia peruersa dogmata Lutheri, etiã sequentes signaui articulos diuo Augusto Carolo, à Deo coronato iniurios. 1. Cęsar ac principes manifestis agunt mendaciis, & simul contraria inuulgant mãdata. 2. Pœnitet quod me submisi Cęsari Vuormacię, iudices patiédo

Luther cõtra cęsaré doctrinæ meæ, licet nõ profuerit apud tyrannos. 3. Turca decies est prudentior quàm principes nostri. 4. Nullum est pulchrius ius sæculare, quàm apud Turcã, qui non habet ius Canonicum vel Ciuile. 5. Vocatus Vuormaciã sum ingressus, etiam si scirem mihi fidem publicã à Cæsare violatam. 6. Deus dedit principes sæculares in reprobum sensum, & vult eis finem imponere, sicut Ecclesiasticis domicellis. 7. Subditi nec possunt nec volunt nec debent tyrannidem vestram diutius ferre: Alibi quoque innocentissimum Imperatorem nostrum appellat saccum tarmorum. Tanto honore afficitis Augustale caput.

2. Odiosius dein proscindit Romanam ecclesiã, quis Imperator cópertas habeat Romanas disciplinã & arté: Nõ arbitror diuũ Cæsaré tam perperã sentire de ecclesia Romana, sicut Bucerũ & alios, qui ab obediétia Romana re-

Luderani contra cõcilium. cesserunt & defecerũt: Hoc experitur Cæsar & cõpertum habet Bucerũ & suæ farinæ homines nolle acceptare Conciliũ generale, sicut hactenus in ecclesia solitum fuit congregari: sed omni studio illud contépserunt, omnibus conuiciis, ledoriis, & irrisionibus cõspurcarunt, tã Mantuę indictum, q̃ Vincentiæ translatũ: Non enim ex animo quærunt Conciliũ, sed velut Arriani fecerunt procurãtes conciliabula Arimini, Smyrnę, Niceæ, Thracię, Antiochiæ, Philippolis, & vt Sosomen* testatur Arrianos decẽ & plura habuisse cõcilia. Similia quęrit Bucerus cũ suis, nullum

legitimu

legitimum suscepturus concilium, sicut nec Marcolphus arborem in qua suspenderetur. De quo plura inferius.

Integerrimum quoq; D. Legatũ, à tota Germania venerabiliter susceptũ, Gasparum Contarenũ, sicut & Reuerẽdum patrẽ D. Iohannem Morũ Mutinen. Episcopũ, patres profecto Reuerendissimos, ac rari exẽpli: qui nõ nisi maximã laudem se. apo. fecerunt. Vtinã, o vtinã præcedẽtes legati & nuncij Apostolici sic præcauissent scãdalum pusillorum, velut hi prudentissimi viri. Tamen integritas legati non potuit transire, quin carbone Bucerico notaretur, quod remoras iniiceret, & impedimenta cõciliationis ecclesiarũ & reformationis. Cũ omnes qui nouerunt Contarenum, sciunt eum paratum etiã sanguinem impendere, non pro ficta aut erronea, sed Catholica conciliatione. 3.

Virulentius est quod postea expuit in eundem oppido venerandũ patrem D. legatum. Cæsarem videre se tantum ludificari à Roma: quia non sit nisi ludibrium Christi, Ecclesiæ, & Imperatoriæ Maiestatis, quod legatus tam grauiter à Cæsare appellatus de reformatione instituẽda, ipse admouerit conuocatos cõmuni oratione de luxu & pompa & studiis restituendis. At quid aliud faceret vir probatissimus, quàm quod Archiepiscopos & Episcopos cũ clero stimularet ad virtutes, absterreret à viciis, vt secundum sacros Canones vitam & normam viuendi instituerent in clero subiecto, hæreses Luderanas ac Zuinglij extirparẽt, vt liquido in responso suo exprimitur. Legati cõtareni pi⁹ animus.

Causatur homo maledicus, maxime in præsentia obstitisse Cæsari Legati responsum, ne reformationis initiũ faceret (mordet interea proceres imperij impedientes conatus Cæsaris) qui omnem religionis causam ad Pontificem pertinere respondit. Quomodo ista simia transiliit à reformatione ad religionem: Sed Cayphas etiã prophetat: cum enim Bucerus cum suis tantopere diffidet in religione ab ecclesia Catholica: illi maximum exhibent negotium Cæsari & obstaculũ, vt prosequi & expedire nequeat quæ pro Catholico & pio animo suo vellet & cuperet expedire: cũ tantam videt eorũ obstinationẽ ac pertinaciã: quod ab eis habetur cõtẽptui, exteris forte freti & cõfisi auxiliis: vnde nobilissimos principes Catholicos, mucosus iste sinistre 5. Legatus catholic⁹. Luderani impediũt Cęsarem.

ſuggillat, ꝙ in iudicio fidei, ſicut oportebat Romanæ Eccleſiæ omnium eccleſiarum magiſtræ detulerunt.

6. Pergit calumniari Bucerus. Imperator & Principes religioſi vident iampridem, quid à Roma expectari poſſit: ipſos facit ſummos populi Dei paſtores, qui cunctis malefacientibus terrori eſſe debẽt, ſicut Deus omnem animam ipſis ſubiectam eſſe voluit, & ab ipſis rationem pereũtium animarum, repoſcet: Quis hic non videt malitiam Buceri, qui (ſicut omnes alij Lutherani prædicatores) dum eis cõmodum eſt aſſerunt poteſtatem Eccleſiaſticam diuerſam à ſæculari: Dum vero libet abuti, omnia confundunt & miſcent, curam etiam paſtoralem ſæcularibus principibus tribuentes.

Sæcularibus Bucer dat eccleſię poteſtaté.

7. Collaudat porro Cæſaris conſilium, de articulis per collocutores conciliatis, vt hi recipiãtur: ac ſi iuſtum eſſet tot principes Illuſtriſſimos, tot Reuerendiſſimos Epiſcopos pendere à duorum hominum iudicio, qui nunquam profeſſi ſunt Theologiam, nunquam his tractatibus interfuerunt: & quot errores liber propoſitus in ſe habeat, ab initio clariſſime oſtendimus: nec principes Catholici aliter conſenſerunt in has perſonas, niſi quod de omnibus actis eis fieret relatio: & relatione facta nunquam approbauerunt, quæ illi perperam contra totius eccleſiæ conſuetudinem, aduerſariis conceſſerunt.

Collocutores.

8. Sed ſtupeo totus, cum video Bucerum non pudefieri: dum ita aperte & propalã mẽtitur (parce pie Lector, quod durius verbum excidit) & mendaciis manifeſtis ſuas hęreſes tueri conatur: Et id non in priuato, ſed edito libro, & calcographorum opera mille exemplaribus euulgatis toti orbi ſe prodit: adeo vt ſuis quoque hic diſpliceat Bucerus, & quanuis ab initio ſatis detexerim vanitatem hominis, vt vix duo articuli poſſint dici Ratiſponæ vere conciliati: Enarremus tamen eius catalogum, vt falſo hic proponit de articulis in quibus conuenerit inter collocutores.

1. De viribus humanis ante & poſt regenerationem.
2. De peccato originali.
3. De iuſtificatione.
4. De regeneratione hominis.
5. De vi ſpiritus ſancti regenerantis.

De

6. De fide.
7. De gratia Dei & merito Christi.
8. De bonis operibus, eorum precio & mercede.
9. De ecclesia & notis eius.
10. De vanis & falsis Ecclesiæ membris.
11. De Canonicis scripturis & earum authoritate.
12. De iudicio ecclesiæ & conciliorum.
13. De virtute, & vsu Sacramentorum.
14. De pœnitentia.
15. De ministerio Ecclesiæ & ministrorũ authoritate.
16. De traditionibus Ecclesiasticis.
17. De sanctorum memoriis & reliquiis.
18. De imaginibus.
19. De Missa, qđ in externo opere nõ oporteat fidere.
20. Missa celebrari non debeat, nisi sint, qui spiritualiter cum sacerdote communicent.
21. De integro Sacramento populo impertiendo.
22. De Ecclesiæ disciplina quo ad clerum.
23. De disciplina Ecclesiæ quo ad populum.
24. De Canonica electione, ordinatione ministrorum
25. De visitatione.
26. De synodis.

Confer rogo amice Lector hęc portenta verborum ad librum communem collocutoribus, & inuenies quàm multos articulos Anaxagoras confuderit: de quibus in colloquio nunquam ex proposito fuit actum: Inuenies plures articulos quos ipse dicit conciliatos, per Bucerum & suos deputatos collocutores fuisse reiectos, nam addito scripto, quid ipsi sentirent aduersus ecclesiam, velut illa scripta protestantium supra confutaui: In primis tamen me refero ad discussionem libro oblato præpositã, in qua euidenter monstraui, vix duos articulos concordatos, super quibus prius dissentiebamus. 9.

Pergit Bucer maledicere principibus Catholicis & eorum consiliariis, quia vere Cæsar testatus sit (male informatus) multos & præcipuos articulos religionis nostræ cõciliatos esse: Sed vane, alij quidem suis principibus suggesserunt, de paucis articulis conuenisse, & iis de quibus conuenisse haud multum interfit, & eos qui in controuersia manserunt

mpieta- manserunt maioris esse momenti: Comprobat maledicen-
:s Buceri tiam suam, quia reipsa in dissensione hæsit, de transsubstantiatione, de enumeratione peccatorum, de Missa sine communicantibus, vtilitate precum pro defunctis? Sed nõ es memor Ardelio nugacissime, quod nolebatis Eucharistiam adorandam? Es oblitus quod negastis Eucharistiam seruandam & impiæ perstitistis in ea sententia, quod Eu-
rticuli charistia non esset sacramentum nisi in vsu? Excidit me-
otabilio moria, quod impias ordinationes sacerdotum vestrorum
es non defendebatis, quos vos canino more sine Episcopo, sine
oncili ati chrismate præsumitis consecrare, parum tibi videtur, quod conciliorum authoritatem infirmatis, dicentes ea errare & errasse: vos autem sanctuli errare nõ potestis: dic vitupero vbi conciliatus est articulus de sacrificio Missę pro viuis & mortuis: dic vbi conciliatus articulus de inuocatione sanctorũ: Dic vbi cõuenit de Missa priuata abroganda, quod esset extinguere omnia beneficia simplicia & canonicat' in ecclesiis cathedralib9 & collegiatis: dic & fortiter parate ad mentiendũ, vbi est conciliatus articulus de votis monasticis, quo omnia monasteria tam virorũ q̃ virginũ, vel aliũ omnes ordines professionũ extinguitis? Et quod maxime cuperes cũ aliis tuis carnalibus, & militibus veneris vbi est cõciliatus articulus de cœlibatu cleri: vbi cõuentũ de satisfactionibus de Hierachico ordine ecclesiæ, de authoritate ecclesiæ, de imaginibus: super quibus si esset conuentũ restitueretis imagines Argentinæ, Augustæ, Constantiæ, & aliis locis: Monstra tamen vbi conuentũ sit de vtraq; specie Eucharistiæ laicis danda: Hi inquã articuli potiores & maioris momenti minime sunt reconciliati: vt iuste & vere Catholici principes sunt cõquesti: quos tu iniuste reprehẽdis momus nugacissimus: Vtinã amabilis Deo Imp. super illis omnibus recte fuisset informatus, & sensisset dolos ve-
Fol. 2. & 3 stros & pessimos conatus contra sanctã religionem: At iã ab initio confutauimus insignem Buceri lapsum de articulis conciliatis: Ideo vanissime iactat & insidiose, quãta bona peruentura sint ad ecclesiam, si articuli conciliati recipiantur. Id est, si ecclesia fiat cũ hæreticis hęretica: sicut & in correctione libri & confutatione articulorũ protestantium superius abunde docuimus & euidenter probauimus.

At

At manifeste hic dolus aduersariorum proditur, cur iam tribus annis tam anxie colloquium petierunt, vt si aliquos articulos lucrarentur, quo apud simplicem populum exclamarent, suam doctrinam esse sanam, quam etiam Romanēses probassent post longam reluctationem: laus Deo qui diuum Cęsarem spiritu veritatis confirmauit, vt in propositione ordinibus imperij facta adderet, saluo quidem Augustano recessu, an consultum sit articulos conciliatos recipi. Neque moratur me falsa glossa Buceri quę textum corrūpit: eius est interpretari, cuius est condere: Diui itaq; Imperatoris est verba sua explicare, quod officium insigni temeritate sibi Bucerus vsurpat. Laus Deo qui animis principum inspirauit, ne articulos quos falso reconciliatos appellat reciperent, sed diuino nutu eos reiicerent, & fraudulentū aduersariorum intentum frangeretur: Nam constat Bucerum cum ignobili Sturmio ex Galliis fugitiuo, sæpe & multum tentasse, continuo accessu & colloquio, quendam corrumpere, vt corruptis glossematibus subdolam concordiam & fictam cum ecclesia inirent. Qua de re nō clam est, quorum opera effectum sit, vt is diuo Cæsari, obtruderetur, velut concordatori cuius mentem iampridem Bucer perspexerat, & flexu verborum incautum deceperat: at D. O. M. noluit permittere, vt Catholicis principibus his dolis imponeret: Audiamus ergo responsa principum super propositione Cæsariana.

RESPONSVM PRINCIPVM ELECTORUM Catholicorum datum ad propositionem diui Cæsaris super recessu faciendo.

VT Imperatoria Maiestas Clemētissimus dominus noster, acta vniuersa eorum, qui ad colloquium deputati fuerant, Legato Pontificio cōmunicarit, ad cognoscēdā eius de actis illis sententiā, vna cū responso, quod idem Legatus dedit, & aliis, quæ ad faciendam Comiciorum cōclusionem & decretum pertinent. Principes, Electores, & absentium Legati qua decet, submissione, ex facta benigno iussu Maiestatis eius narratione, cognouerunt.

Principio bene memores sunt electores, fidelis ac indefessæ diligentiæ, quam aliquot iam annis Impera. Maiest. ex paterna & clementissi. beneuolentia erga Germanicam

nationem,

nationem,adhibuit, vt diſſenſio in religione ad Chriſtia-nam concordiam,& conciliationem redigeretur,ac in Imperio pax,& tranquillitas conſtitueretur, ac cõſeruaretur, pro quo fideli ſtudio,ac opera,Electores præſentes,abſentiũq; Legati Impera. Maieſt.humillime gratias habent,parati ſemper,re etiam ipſa,gratos ſe declarare.

Expenderunt autem diligenter Electores,ſcriptũ Impera. Maieſt.ante omnia vero,quantum quidem ad cõtrouerſias in religione tractatas à collocutoribus attinet, deliberarunt apud ſe certo conſilio,vtile ac bonum eſſe, atq; adeo ſibi placere fatentur,vt articuli, qui à collocutoribus conciliati ſunt,tanquam boni recipiantur,vlteriorq; de illis exquiſitio ad liberum & Chriſtianum Concilium differatur,vel ad nationalem ſynodum legitime congregatam, aut ſi neutrum horum ſit ſperandum,ad venturum cõuentum imperij,ſperãt autem id valde vtile fore,ad alia etiam incommoda ac diſſidia præcauenda, profuturum denique ad conciliandos reliquos articulos,qui adhuc in cõtrouerſia ſunt. Adhæc ſi ſpes aliqua fuerit, conciliandi prӕterea articulos aliquot nondum conciliatos, rogant humillime Electores,horumq́;abſentium Legati,Impera.Maieſt.deſpicere ipſa velit de mediis & viis conciliandi tales. Cæterum,ſi fuerit impoſſibile,talia conficere iſto tempore, rogant Electores,horumq́; abſentium Legati cum omni ſubiectione,Imp. Maie. vt ipſa iuxta promiſſionem ab ea factam,& pro qua humillime gratias agunt, velit apud ſummum Pont.inſtare diligentiſſime,vt ad examinandum, & conciliandum,tum commemoratos,tum cæteros etiam articulos,liberum & Chriſtianum Concilium quàm celerrime indicat,in loco aliquo cõmodo Germanicæ nationis, idq́; ſine omni dilatione habendum curet.

RESPONSVM PRINCIPVM ET ORDInum Catholicorum ſub obedientia ſe.apo,& Romanæ ſedis permanentium,ſuper eadem propoſitione diui Cæſaris.

1. Catholici principes ac ſtatus, quantum per temporis breuitatem licuit,expenderunt ſcriptum, recẽter ipſis ab Imperator.Maieſt.oblatum, vna cum reſolutione Pontificij Legati. Probe vero memoria repetunt, Imp. Maie.

Maie.& in aliis Comiciis,& in præſentibus,mirificum laborẽ ac ſtudiũ ſemper adhibuiſſe,vt religionis controuerſiæ cõponerentur,ac de reformatione Chriſtiana cogitaretur,de qua volũtate Catholici principes, & ſtatus ſuæ Maieſtati humillime,& cum omni ſubiectione,gratias agunt.

Quia vero Impera.Maieſt.ſignificauit,ſe intra paucos dies hinc diſceſſurum,non videtur eſſe neceſſarium,vt Status ſuperuacaneis ac prolixioribus ſcriptis aut diſputationibus ſuę Maieſtati ſint moleſti,tũ vel eam,vel ſeipſos diutius remorentur,ſed in hoc potius incumbendum, vt Chriſtiane tandem finis huic negocio imponatur, ita tamen,vt tantiſper,dumid ſit,Imperat. Maieſtas adſit.Quod vt fiat,humillime roganda eſt. 2.

Vt autem ad Imperato. Maieſtatis ſcriptum reſpondeatur. Initio fatentur ſtatus, ſibi compertum eſſe, quod in Germania, & aliis nationibus, imo in toto prope orbe Chriſtiano,non pauci abuſus, ſectæ hæreſes, & ſchiſmata paſſim obtinuerunt, quæ omnia ſine generali concilio extirpari,aut emendari nequaquam poterunt. 3.

Fatentur etiam ſtatus Catholici,non decere ſe, vt immutationem aliquam religionis,cæremoniarum, aut rituum(quæ per aliquot centenos annos durarunt.partim etiã conſiliis ſunt inſtituta) vel conſentiant, vel mutari talia permittant:eo quòd ſummus Pontifex,per ſuum legatum, ſeſe offert ad celebrandum concilium intra breue tempus, velitque hoc de re Imp. Maieſtas in propria perſona colloqui cum ſummo Põntifice.Quod propoſitum Pontificis ſtatibus Catholicis, ſupplicant iidem Pontifici, vt omni amota procraſtinatione, Chriſtianum & generale concilium indicat,indictumque haberi curet,in loco aliquo cõmodo Germanicæ nationis, quo ſic multarum animarum perditio præcaueatur.

Porro ſi negotiis ſæcularibus impediti potẽtatus Chriſtiani in propria perſona venire ipſi ad cõcilium non poſſent,nihilominus tamen, vt concilium procedat, ſummus Pontifex dare operam debet, ſimulque apud potentatus, qui in concilio comparere non poterunt, diligentiſſime inſtare,vt hi ſuo nomine,& loco,eruditos,probos,& idoneos plena cum poteſtate,commiſſarios mittant,vt ſemel Chriſtianitas 4.

ſtianitas ipſa in formam & vitam vere Chriſtianam, reſti-
tuatur, errores extirpentur, Dei denique ira, & plagæ im-
minentes auertantur.

5. Quod ſi huiuſmodi generale Concilium non impetra
tum fuerit (quod tamen ſtatus Catholici, confiſi promiſſis
ſummi Pontificis & Imp. Maieſtatis, minime fore putant)
etiam atq; etiam orant ſtatus, vt ſummus Pontifex & Imp.
Maieſtas dare velint opā, vt ſaltem in Germania nationa
le concilium habeatur. Iam ſi nec ipſa ratio habendę nati-
onalis ſynodi ſummo Pontifici & Cæſareę Maieſtati pla-
cuerit, rogant ſtatus, vt iuxta id quod ſua Maieſtas facturā
ſe & curaturam recepit, ſine omni dilatione, in imperium
Germanicæ nationis venire velit, atque conuocatis ſtati-
bus, denuo tentare, vt errores extirpentur, ac omnia, quæ
praue intellecta & accepta ſunt, Chriſtiane diſcutiantur.
Atque iſtæ viæ ſolæ reſtent, quibus ſaluti Chriſtianorum
conſuli poterit, adeo vt niſi aliqua iſtarum ineatur, magis
atq; magis in ſe diuidetur Germanica natio, eiuſdem glo-
ria, honor, & opes interibunt, atque id genus plurima in
commoda ad vicinas etiam nationes pertingent.

6. Secundo, Catholici ſtatus decreuerunt apud ſe, quod
auxilio Dei, conſtanter adhærere velint noſtræ veteri re
ligioni & veræ fidei, quemadmodum hæc in ſacris Euan-
geliis, conciliis, ſtatutis, & ordinationibus Chriſtianæ &
Catholicæ Eccleſiæ, ac doctrina ſanctorum patrum, ab
Apoſtolorum tempore, vſque ad hodiernum diem, man-
ſit, & obſeruata eſt.

7. Præterea receſſus, ordinationes, & mādata per Imper.
Maieſtatem & ſtatus Catholicos, præcipue vero decreta
Auguſtani conuentus, in quæ tamen communiter à ſtati-
bus conſenſum eſt, ſequi, & his parere firmiter in animum
induxerunt, indubitato ſperantes, quod reliqui ſtatus om-
nes, qui in Auguſtanum receſſum conſenſerunt, eidemq;,
ſigillis etiam ſuis appenſis, ſubſcripſerūt, promiſſis inſuper
auxiliis Imperat. Maieſtati, paulopoſt Ratiſponæ iterum
ratam habuerunt ſubſcriptionem Auguſtæ factam. Et tan-
dem Haganoę tertio Electores & principes, qui iſtic in
propria perſona fuerunt, eundem Auguſtanum receſſum
denuo approbarunt, ſeruandumq; receperunt, adeo vt ſeſe
obtu-

August. receſſus.

obtulerint, collocutores de defenſione ſi quid tentaretur aduerſus receſſum Auguſtanum, quēadmodum in decretis eorum Comiciorum,& ſcriptis in illis exhibitis continetur,maxime vero inhærendū Auguſtano receſſui Principes cenſent,& ab eo nullo modo recedendum:cum Imp. Maieſt.& in eiſdem Comiciis,& hic,cum in prima ſua ꝓpoſitione,tum formula deliberationis, de receſſu hic conſtituendo,eundem receſſum Auguſtanum, ipſa quoq; ſaluum manere ſe velle declarauerit.

Tertio,cum Imperat. Maieſt.ex ſingulari proculdubio clementia,proponit, ſuæ Maieſta. videri,articulos, in quibus inter collocutores conuenit, & qui conciliati ſunt, ſine vlteriori diſcuſſione,vſque ad concilium recipiendos eſſe & approbandos,&c. Reſpōdent Status,ſe in hoc nullo pacto cōſenſuros, neq; enim id videri conſultum,ob ſequentes cauſas. Primum nanque à collocutoribus propoſiti ſunt articuli aliquot,minime neceſſarij, ſuperuacanei, & de quibus nulla fuit antehac cōtrouerſia, nec hodie eſt. Vt ſunt primus,ſecundus,tertius & quartus. Abſurdum igitur videri, vt articuli nunquam controuerſi concilientur, præterea,quartus articulus, de peccato originali, non hic eſt conciliatus, ſed Vuormaciæ, alia tamen forma, quàm nunc eſt in ſcripto oblato,propoſitus. Secundo maximopere neceſſarium erit, vt ab vtraque parte denuo eligātur, qui nouo colloquio & diſputatione excutiant omnia. Extant enim verba in ſcripto cōmemorato,quæ non ſunt cōſentanea conſuetudini eccleſiæ,& formis loquendi à patribus vſitatis,adhæc inſunt ſcripto dogmata quædā minime admittenda,quæ partim obliteranda ſunt, partim mitigāda,& in aliam formam redigenda,præſtiterit itaque negocium iſtud menſes adhuc aliquot differri. Tertio,hi articuli ſolum conciliati ſunt,qui & minoris momenti ſunt,& de quibus inter doctos non magna antehac fuit cōtrouerſia, qui denique non tam periculoſam offenſionem apud plebem vulgo excitarent,quàm alij nondum conciliati. Et quia præcipui articuli,atque adeo ij, quibus Chriſtiana fides nititur,vt eſt articulus,de venerando Sacramento veri corporis & ſanguinis Chriſti,de adoratione & reſeruatione eiuſdem, communione Sacramenti ſub vtraque ſpecie, confeſ-

confeſſione, pœnitentia & ſatisfactione, &c.hi nimirum non ſolum non conciliati ſunt, ſed à proteſtantibus vehementiſſime impugnati,adeo vt de his nulla conciliatio ſperanda ſit. Quinimo collocutores Catholicæ partis pluſculum quàm decebat,in his conceſſerunt proteſtantibus, ita vt quæ admiſſa ſunt ab illis, emendatione & declaratione habeant opus.

Quarto, quoniam ſi reciperentur articuli conciliati, multis modis poſſet imminui exiſtimatio ſummi Pontificis, Imper. Maieſt.& ſtatuum Catholicorum, hiq; omnes, ne ſe hoc nomine variis obtrectationibus exponant, periculum erit. Videtur Catholicis ſtatibus conſultius, & melius eſſe,vt ſuo loco ſcriptum collocutorum relinquatur,& omnia negocia ad religionem pertinentia differantur, ad Concilium vel generale,vel nationale, vel ſaltem ad conuentum omnium ſtatuum imperij, quemadmodum etiam Pōtificij Legati reſolutio conſuluit, nimirum vt iſta omnia ad Concilium ſummi Pontificis reiiciantur.

CORRECTIO EORVM QVAE BVCER ADiecit reſponſo Electorum Reuerendiſſimorum ac Illuſtriſſimorum Electorum.

POſt reſponſum Bucer etiam contaminat illud,pro ſuo & ſuorum complicum ſententia, ſummarium faciens tribus notulis,quarum nulla in reſponſo ſic cōtinetur, ſed ipſe ex infecta ſua mente addidit de proprio,& ſic mēdacium loquitur,ait Chriſtus.

1. Nam prima notula habet. Electores viderunt nec politiam retineri poſſe in impio, niſi de religione conſenſus conſtituatur:at primo hoc Electores non ſic dixerunt:ſed D. Impe. gratias agunt,qui diligentiam adhibuit, vt diſſenſio in religione ad concordiam redigeretur, ac in imperio pax conſtitueretur: Illa autem ſunt longe diuerſa à notula mucoris.

Dein totam Lutheranorum ac Zuinglianorum ſentētiam,quam ab initio tam feruenter petierunt, ſubuertit,ſ. vt liberum eſſet cuilibet de fide ſentire pro vt conſcientia eum dirigeret:nihilominus imperio & imperatori ac aliis ſuperioribus exhiberent obedientiam,fidelitatē,& cætera. Iam aliter ſentit Bucer,pacem non poſſe cōſeruari in imperio,

Olim Zuingliani ſentiebant.

perio, nisi sit concordia religionis: Quod etiam posset conuinci falsum, sed non prosequor, quia Electores hoc non dixerunt.

2. Altera notula Buceri. Electores viderunt non statim posse conuenire, de omnibus controuersiis religionis nostræ, maxime vero de externis ritibus & obseruationibus. Adiuro te lector, si quicquã minimo verbo attigerunt Electores de hac notula, an non sit purum putum somnium Bucericum, quod in causa fidei non debuit facere.

3. Tertia est articulos conciliatos eiusmodi esse, & vt facilius recipi ab omnibus, qui non plane abhorreãt à Christo domino, queant. Et nec hoc habet responsum Electorum, sed id duntaxat deliberarũt, vt articuli, qui à collocutoribus conciliati sunt, tanquam boni recipiuntur, ac vlterior inquisitio ad concilium Christianum differatur etiam quod longe dissidet à Buceri intelligentia: Quid si ego hic certius obiicerem Bucero. Ex quinque Electoribus, duos minime consensisse in articulos præsumptæ reconciliationis, Reuerendissimum s. & in fide constantissimum Cardinalem Moguntinum Albrechtũ Marchionẽ Brandeburgensem, & Reuerendissimi Archipræsulis Treuerensis, & electoris Iohannis Ludouici oratores: At hic multa premo alto pectore. Vnum tamen plane obiiciam Bucero, qui tam gnatonice adulatur Electoribus quia sint Germanici imperij columnæ, & primi post imperatoriam Maiestatem patres patriæ: dicat mihi, cur Electores quinque concordibus votis aduersus Ludderum Augustę concludentes, non simili plausu, magnificis titulis adornastis Ludderani? Dein quantum fellis & odij in te est aduersus nomen Romanum, vt etiam diui Imper. ac Imperij honorem minuas, Imperium Germanicum dicens non Romanum: cum summus Pontifex omnes reges Christianitatis Gloriosissimum Cæsarem nostrum, hoc dignentur titulo, vt Imperator sit Romanorum: Hinc Thomas Vulfius expostulauit contra Philippum Beroaldum, eo quod in commentariis Apulei de asino aureo scripserat Maximilianum Cæsarem, Imperatorem Germanorum, ac si non haberet dignitatem in principes, comites, potentatus & ciuitates transalpinas Lombardiæ Ethruriæ, &c.

Articuli recõciliati faciles.

Cardĩalis Moguntinus.

Imp. Romanorũ.

ALIA PER BVCERVM ADIE-
cta responso electorum.

Placet prosequi nugas Buceri, quia cum semel veritati nuncium remisit, strenue in officio cœpto perstat, & nobis plaustra mendaciorum affert. De articulis enim conciliatis (sua sententia) ait. Nemo qui vllum sensum Christi habet, poterit illis contradicere: nos vero contra cum ecclesia Catholica, cum quatuor pontificibus Romanis vicariis Christi Leone 10. Hadriano 6. Clemēte 7. Et Paulo 3. damnamus & anathematizamus articulos Buceri, & cum doctissimis academiis Parrhisien. Louanien. & Coloniensi prorsus iudicamus erroneos, seductiuos, hęreticos & à veritate Christiana alienos.

Articuli reconciliati reiiciendi.

At quàm perfrictæ frontis sit ex eo liquet, quod eū nō pudet scribere. Articuli illi continent in se omnia, quæ ad salutem sunt necessaria: Nam totam doctrinam Christi in necessariis, Sacramentorum & omniū cęremoniatū verum vsum, deniq; cleri & plebis verā disciplinā hi articuli conciliati cōplectuntur. At quis non abominetur tantam metiendi libidinem? si omnia cōplectuntur ad salutem & doctriham Christi necessaria, cur ergo Bucerus cū suis addidit tot scripta correctiua libri in 11. scriptis. Si omnia cōtinēt necessaria, cur Melāchtō (ita enim ei tribuis) in respōsione ficta pro Protestantibus inseruit titulum. In conciliatis articulis annotata aut omissa? Cur tu innocentem papyrū 11. filiorū maculasti cū Epicurismo tuo, ad subuertendum verum Christianismum? Cur tu qui ordinem approbatum, quem voueras, reliquisti, & dimissa regulari vita reformata, cum vxore Loth retro respexisti, contra iussum domini posita manu ad aratrum respexisti retro ad carnales mundi voluptates, infirmius vasculum muliebre, virginem Deo sacratam monacham tecum ad hymenæum seducens. Et tamen ausus fuisti Catholico Imp. vltra articulos conciliatos, post tantam deformationem & lapsum, offerre reformationem abusuum ecclesiasticorum.

Articuli non continent oīa.

Gene. 19. Lucæ. 9.

Non moror alias eius nugas, sed malitiam eius non possum pręterire, cum electores inquisitionem vlteriorem articulorum conciliatorum, differendam consuluerunt ad liberum & Christianum concilium Bucer addit venenum

de

de suo,& in commodo Germaniæ loco,cum dixerint Germanicæ nationis commodo.

Prohibitus Bucer à domino, principi populi tui non maledices. Et iterum, Diis non detrahes, hoc est, in sublimi potestate constitutis,ipse impuro ore supremum Christianitatis caput(vt omnes hæretici ab apostolorũ tempore facere sunt soliti)petulāti lingua incessit. Quis ignorat inquit, vt Pontifex nō nisi suis cupiditatibus,& tyrannidi obnoxia concilia ferat?atq; ideo iniquis illa tantum locis, temporibus,& conditionibus,indicere soleat? Hæc tamen quæ licet tam iniquis,ac per omnia suæ libidini accommodatis rationibus indixerit, celebrare,sed tempus perpetuo extrahere,& demum nullo prętextu reuocare soleat,vt nu per cōcilium indictum reuocauit:Non sufficio mirari,cur non pudeat eum mendatiorum, sed vt propheta ait. Frons meretricis facta est tibi,& noluisti erubescere. Totus mundus nouit, Bucerum hic cōtumeliā facere Paulo III. Pontifici Max.qui Concilium quidem Mantuę apud sacri Romani Imperij principem, sanguinis necessitudine cũ multis principibus Germaniæ coniunctum, liberrime indixit, sine omni molesta conditione. Qua causa autem Illustrissimus Dux Mantuæ reiecerit à se Concilium, non est meum iudicare, modo ne Papæ imputetur: coactus ergo Concilium non reuocauit,sed transtulit Vincentiam,dominij Veneti oppidum præclarum : vbi dum initio adesse non posset,quod tantæ ætatis princeps,per altissima Apennini iuga in maximo æstu se Nicæam contulit, ad pacem inter potentissimos Christianitatis principes, diuum Carolum V. Imp. & Franciscum Francorum regem conciliandam : Interea tamen pro pastorali suo officio tres ex S. R. E. Cardinalibus Vincentiam misit, pro Concilij inchoatione,at nemine comparente,& Augustissimo Ro. Imp. Carolo,ac Rege Ro. Ferdināds, Galliç quoq; Rege Christianissimo,petentibus ex Genua,bullam prorogationis Concilij vsq; ad pascha anni 1538. publicauit: Quid in his omnibus peccauit Pontifex? vbi refugit Concilium Quin vos potius, indicto Concilio, omni conatu, illud impedire conati estis, Pontificem, & Concilium multis iniuriis afficiendo,vt edita scripta testantur:& declinastis

Exod.
Excusat pontife
Concili. pontifici
Hier. 5
Dux Mantuæ.
Papa cu Im.&reg Francor

ex friuolis causis concilium, Luder scripsit, quod nullo egeat concilio: Vos ergo Sectarij refugistis generale Concilium, non Pontifex. Vos vt omnium ætatum hæretici, cōciliabulum quæritis, vbi locus & personæ vestræ perfidæ accommodarentur, vbi Bucerus præsideret, vel Hosander, aut mus aliquis: At Deus tuebitur ecclesiam suam sanctam, & fidem catholicam.

[margin: ...iddérāi! fugiunt ...nciliū.]

At venenum tandem expuit sanctulus ille Bucerus, qui tam ardenter simulat se quærere concordiam & vnionem charitatis in omnibus ecclesiis, nam sic dolose & fraudulenter prætextum illum, suis iniquis consiliis & hæresibus apponit: at quam concordiam quærat, hic prodit: cum Germanis consulit, vt plenum schisma faciāt, ecclesiæ Romanæ valedicant, sibiipsis consulant, imo consulentem Christum audiant & sequantur, ac si Christus consulat & loquatur per apostatam, sectarium, nuper Zuinglianum, & infeliciter incastuosum, cuius consilio Germania se præscindat ab ecclesia Catholica & vniuersali: non impetrabit hoc, Deo catholicos principes dirigente.

[margin: ...ucer. sua ...et vniuer ...le schi... ...na Ger... ...aniæ.]

CORRECTIO EORVM QVAE BVcer temere effutiuit contra responsum Principum Catholicorum.

AB initio Bucer vt negligentem lectorem fallat, tria facit: primo protestatur se ista scribere nō animo lædendi principes, sed satisfaciendi causa muneri suo, & testari de optima voluntate Christi. Secundo proponit aliqua se non probare in hoc responso principum, quia non dubitet, nec illa probari Christo domino. Tertio ait se nō tam ipsis principib. quàm paucis suggestoribus hoc imputare, qui studio teneantur eorum quæ hęc caro expetere solet. Aperiamus dolos vulpeculæ. Nam primo si fuisset in scholis Iureconsultorum didicisset protestationem non releuare, cui ipso facto contrauenitur, vt est textus ac doct. in c. cum M. de constit. in c. Cumana de electi. Bar. in l. non solum ¶. morte ff. de no. op. nunc &c. Quare cum protestatur se nolle lædere principes: & tamen continue eis iniuriatur, frustra autem iactat officium suum, quis enim hoc ei iniunxit, vt scriberet in principes: vanius est quod iactat voluntatem Christi: cum magis studuerit adulari

[margin: 1. ...rotesta... ...o Buceri ...on rele... ...at.]

[margin: ...n nullo ...testatio]

lari

lari sectariis suis,& voluntati eorum morem gerere,quàm obsequi voluntati Christi,quem dudum reliquit.

Secundo nimis arrogãter reiicit responsum principũ, quia non dubitat aliqua non probari à Christo: Dico eum adeo immersum hæresibus,vt pertinaciter affirmet ea placere Christo,quę maxime pugnant contra saluatorem nostrum Et in hoc ego minime dubito, & fidenter pronuncio,habens pro me consensum, non modo Catholicorum principum, sed & Catholicæ ecclesiæ, authoritatem conciliorum & sanctorum patrum, edictum gloriosiss. Im. nostri Vuormacien Recessum Ma. suæ Augustæ. Cum tu Bucere non habes pro te,nisi patriarchas hæreticorum, Hussum, Luderum, Vuiclefum, Pickardos, Vualden.& similia monstra. Tertio mirum est,quòd adeo perfrictę frõtis sis,&non erubescas imponere catholicis,qui studio teneantur eorum,quæ hæc caro expetit: cum totus mundus sciat, vos teneri huiusmodi carnali studio: & ideo contra vota & fidem pręstitam ducitis moniales & monachas pro vxoribus, ieiunia, horas canonicas, officia cultus diuini, quadragesimam, confessionem & similia omnia respuitis. vt plus Epicurei videamini quàm Christiani, plus discipuli Iouiniani & Nicolai diaconi, q̃ sanctorum patrum. Non didicerunt hoc à Paulo, qui Galatis scripsit. Vos in libertatem vocati estis fratres tantum ne libertatem detis in occasionem carnis. Non didicerunt hoc à Petro, qui scripsit. Quasi liberi,& non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. An non S. Petrus in spiritu præuidit Bucerum & cœtum illius,quando prædixit. Venient in nouissimis temporibus in deceptione illusores,iuxta proprias concupiscentias ambulantes. Digeramus ergo in puncta,quæ Olibrius iste in Catholicos principes temere ac procaciter effutiuit.

2. Buceran nõ placẽt Christo.

Patroni Buceri.

3.

Luderani carnales.

Galat. 5

1. Petri. 3.

2. Petri. 3.

PVNCTVM I.

EGrefert Bucer,quòd principes religiosissimi ab initio se catholicos nominarunt, at cur id non facerent,qui Ro. obese. apostolicæ adhærent, ac catholicæ ecclesiæ iuncti sunt,qui conciliis generalibus, & sanctis doctoribus obediunt,qui eam sequuntur Christianam religionem, quam Germania ab hominibus Dei accepit,Sanctis, Materno,

Principes Ro. obedietiæ catholici.

Lucio, Pirminio, Menrado, Kiliano, Florento, Gallo, Ruperto, Corbiniano, Vuilibaldo, Maximiliano, Magno, Narcisso, & aliis à deo electis, & tot cētenis annis obserua uit. Hi merito se catholicos nominant, qui diuo Cæsari nostro ac catholico regi adhæserunt in edicto Vuormacien. ac recessu Augustano, qui auorum & proauorum fidem firmissime tenent, non degeneres filij. Bucerus affirmat eum facere iniuriam Christo & ecclesiæ eius, qui eum vel hæreticum, vel schismaticum iudicet, at sanum in hoc dabo consilium, abiuret & relinquat errores Vigilantij, Iouiniani, Berengarij, Albigensium, Pickardorum, Zuinglij, Hussi, & similium, & repudiata monacha redeat ad vnitatem sanctę ecclesię Dei, nemo eum vel hęreticum vel schismaticum accusaturus est.

Bucer quādo non hęreticus.

PVNCTVM II.

COmmendat principes, quod diuo Cæsari gratias agunt pro studio concordiæ in negotio fidei, at mox depromit aculeum in principes, optandum, inquit, vt hoc studium sic gratum haberent, vt veris animis & rationibus adiuuarent. Si adimit principibus catholicis, ac si Cæsarem non parati essent adiuuare, iniuriatur nobilissimis principibus qui optant ex animo Christianam concordiam. At quod conniuere debeant, aut consentire erroribus à CCCC. annis, octingentis, mille annis damnatis ipsi in fide stabiles, non sunt vnquam admissuri. Verum vero consonat, non falso, aut errori

PVNCTVM III.

EXtollit viam à diuo Imp. propositam in Comiciis: merito hoc facit, quia non parum iuuit authorem libri suæ Maiestati obtrusi: vnde sæpe Lutherismum redolet, vt in examine libri aperuimus. Quod si gloriosissimus Imp. fuisset recte de libro, & contentis in eo informatus, proculdubio ipsum pro catholico animo suo reiecisset, at cum liber iste tantum placet Bucero, cur passus est eum in tot articulis impugnari à suis condeputatis, vt scripta oblata indicant. De Episcopis in quos dentem acuit Bucer dicturi sumus posterius.

Liber obtrusus Im.

PVNCTVM IIII.

CAtholici principes fatentur in orbe Christiano inualuisse plurales abusus, sectas, hæreses, hoc arripit prose

se Bucerus, inferens, ergo principes & maxime episcopi, debent his malis remedia quærere, aut quæ offerebantur certissima, amplecti. Is est conatus schismaticorum, vt omnes in suas sectas pertrahant. Vetus est verbum. Medicina non debet esse nocentior morbo: vt Bucer cum suis pro abusibus vult substituere sectas, hæreses & schismata: Rectius principes catholici Imperiali celsitudini indicarunt probatissimum extirpandarum hæresum ac abusuum remedium & antidotum efficacissimum, s. generalis concilij celebrationem. Ita sancti patres, deo amabiles Pontifices & Episcopi, ac gloriosissimi Imperatores & reges Christiani à concilio Nicæno vsque ad Constantien. sancte ac salubriter obseruarunt. Malū cōliū consi. tori pessimum.

PVNCTVM V.

EGrefert Bucer, quod principes catholici meminerunt sectarū, & hæresum, quia forte in suos sit tortū quòd si ita videbatur Episcopis, debebant eos conuincere erroris. Verū cū in Arrio & aliis hęreticis tanta fuerit semper obstinatio mētis & ptinacia, vt etiā victi, nō cederūt, sicut nec Nouatus Cypriano & Cornelio. Nec Pelagius & Donatus Augustino. Nec Eutyces Leoni. nec Heluidius, Vigilātius, Iouinianus B. Hieronymo, Nec Marcion Tertulliano, aut Valētinus Ireneo, sed in suo sensu abundātes, etiam victi, in hæresibus permāserunt immobiles. Id quod apostoli experti sunt in Hebione, Cherinto, Simone mago, Menandro, Nicolao diacono, & S. paulus Hymeneum & Alexandrū ęrarium sathanæ tradidit, quia circa fidē naufragauerūt. Ideo nemo miretur, Luderanos, Zuinglianos, Parabaptistas, Suermeros toties victos scriptis & disputationibus, noluerunt tamen se agnoscere victos, sed perti naciores & duriores semp recesserūt, sicut Iamnes & Mambres restiterunt Moysi. Ita hi resistūt veritati. Vt omnis labor eos instruēdi vanus sit & cassus, quid enim profecit S. Stephanus disputando cum Iudæis? Quid Paulus? Quid cælestis sapientia Christus cum Pharisæis disputando. Ideo recte monuit Chrysostomus. Audi homo fidelis, qui & contra hæreticum libenter contendis. Si Pharisæi placati sunt, & in certando contra hęreticum potes eum placare, si cū hæreticū viceris. Si autem Pharisæi victi quidem sunt à Christo,

Hæretici victi nō lūt cedere. Apo. 2 1. Tim. 1 Pertinacia hæreticorum. 1. Tim. 3. Acto. 6 Acto. 17. & 20. Disputare cū hæreticis.

Placati autem non ſunt, quomodo tu poteris eos placare cum viceris? Nunquid Chriſto fortior es, vt quos ille non
Matth.22 placauit, tu places. Et prudenter monuit Origenes. Proprium eſt Sadduceorum vel omnium, qui mendacij ſunt doctores, obmuteſcere quidem, non autem tacere, nam etſi obmuteſcunt quantum ad rem, non tamen tacent. Ideo recte egit glorioſiſſimus Imp. noſter Carolus à Deo coronatus, Vuormaciæ, qui noluit in articulis iampridem damnatis, Luderum ad diſputandum admittere, prædeceſſoris ſui Marciani Auguſti ſecutus veſtigia, qui in Codice con
..nemo C. de ſententia tri. & fid. cat. ſtituit. Iniuriam facit iudicio Reuerendiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel iudicata ac recte diſpoſita, reuoluere & publice diſputare contenderit. Vnde non defuerunt Reuerendiſſimi epiſcopi, qui potuiſſent diuerſariis monſtraſſe iter ſalutis, non ſolum ex ordinibus imperij, ſed & alij quoq; pro
Agrienſis Hungar⁹. Attrebatũ Burgũdus vera fide zelantes, vt D. Reuerendiſſ. pater Franciſcus ex Comitibus de Frangipanibus, Colocen. & Agrien. Reuerend. P. Antonius Epiſcopus Attrebaten. Iohan. Epiſcopus Mutinen. cum aliis. Verum fruſtra fuiſſet Deo amabi-
Morus li-gur. lium Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum labor, quoniam Paulus non conuincendos docuit hæreticos, ſed vitandos.
Tit.3 Expertus eſt id Reuerendiſ. pater Cardinalis Cõtarenus
Contarenus. ſe. ap. Legatus vir eruditione ac integritate vitæ omnibus modis ſummus, quem vnicum ſacrarum literarum cognitione omnibus ſchiſmaticis opponimus, at nihil promouit apud peruicaces & obduratos iſtos ſuis adhortationibus &
Prouer. 18. admonitionibus piiſſimis. Sicut nec doctiſ. Card. Caietanus, timendum eſt, quòd peruenerint in profundum malorum. Ideo omnem catholicam inſtructionem contẽnunt.

PVNCTVM VI.

Catholici principes ſuggeſſerunt Cæſareæ Maieſtati, non decere, vt conſentiant in mutationem religionis, ceremoniarum, aut rituum, qui aliquot centenis annis durauerunt, & partim â ſacris conciliis ſunt inſtituti. Chriſtianiſſimum hoc principum votum, & deſiderium carpit venenata lingua Bucerus, & ſuggeſtoribus tribuit, qui viciorum ſuorum correctionem effugere velint: Verum non agimus hic de viciis perſonarum, ſed de veritate fidei, quã fœdiſſime deturpauerunt, tota Germania nouit porcos il-

los Epicureos, vt etiam laici vestri quęrantur nullam apud vos inueniri vitam Euãgelicam, abstinentiam, castitatem, ieiunia, deuotas preces, vigilias, charitatem, sobrietatem, humilitatem, vitam exemplarem, & alia, quin contrarium in toto vestro clero mundus experitur, vt supra ostendi. Lutheranus clerus dissolutus

At quod vafre Bucerus venit, ritus & cæremonias non debere mutari, sed vitia, & corruptelas quæ in hæc inuaserunt, mutari volebat, & quæ in his impie demutata sunt & mutilata sunt. Hic Bucere tibi, & corruptoribus tuis respõdeo, neminem post Hussum tot vitia intulisse ritibus ecclesiæ, sicut Lutherus & Zuinglius. Nos catholicos arguere non debes, neque vero potes, per nos mutilata multa in ritibus, cum vos ardenti furore clamatis ad populares, nos nimium addidisse, quàm parum ergo tibi, quàm parum tuis constas, qui tã imprudenter accusas nos mutationis, & mutilationis. Ritus corrupti abo leantur.

Hortaris ergo, vt corruptelæ illæ nouiter inuectæ, & citius & seuerius corrigantur. Dico abusus, vicia, & impietates vestras correxit pro pastorali officio Leo X. Papa fe.re. & post eum Hadrianus VI. Clemens VII. & modo Paulus III. sed filij Belial nolunt sanari aut emendari. Corrigere voluit Carolus V. Im. Religiosiss, pius felix Augustus, & Vuormaciæ, & Augustæ, ac deinde Ratispo-næ, at apud incorrigibiles, nihil potuit piiss. princeps proficere. Cum ergo nemo plures corruptiones in Ecclesiasticos ritus inuexerit, quàm vos Luderani & Zuingliani, qui medicinam correctionis non admittitis, cur ergo tam temere succenses catholicis principibus. correctio Luderani sed non emendati. Carolus Imp.

PVNCTVM VII.

Extra chorum saltat Bucer, solum vt maledicentię suæ satis faciat, & aceruum iniuriarum & conuiciorum effundit in catholicos, de Simonia, ambitione, cura nimia negotiorum sæcularium in clero luxu, põpa, mala administratione sacramentorum & cæremoniarum, &c. Duo dixerim Bucero. Vnum, omnibus bonis ista displicere, sed in hoc regno cœlorum sunt virgines prudentes & fatuę, in hac arca triticum & palea, vsquequo veniet, qui ventilabrũ habebit in manu sua, in hac sagena Ecclesiæ sunt pisces boni & mali, in agro dominico triticum crescit & zizania: Si Peccata cleri. Matth. 25 Matth. 3 Matth. 13

tam

tam innocēs est Bucerus cum suis coniugatis iaciat prior lapidem in nocentes: Omnes boni gemūt suspirijs, vt fiat reformatio,sed per viros bonos,& religiosos,nō per apostatam schismaticum. Alterum etiam audi Bucere, quæ hic offundis Reuerendissimis Archiepiscopis & Episcopis,an non iure possent tibi obijcere acriora crimina,blasphemias,impietates,hæreses, & schismata, si pergis dicere quæ vis,audies quæ non vis?Nam calumniæ illæ nihil faciunt ad Catholicorum Principum responsum, qui si factiosos filios Chore & Dathan persequuntur, profectò bene faciunt, & meliori nota indulgentiam peccatorum à Christo consequuntur, quam quando tuus sanguinarius Luder dedit indulgētias principibus & nobilitati,si quando rusticos occiderent,transfoderent,& mactarent: quos ipse impia sua doctrina in seditionem, tumultum, rebellionem,ac bellum seruile excitauerat.

Iohan. 8

Clerus Lutheri prior Romano.

Nume. 16

PVNCTVM VIII.

Catholici Principes, vt Germani filij ecclesiæ catholicæ, ac obedientes se.ap. & Ecclesiæ Romanæ, hanc fidei controuersiam nuper exortā,ad concilium reiecerunt supplicantes Pontifici Romano,vt citius generale concilium indicat:sicut Imp. recepit id se à Pontifice efflagitaturū,hic insauit Bucerus & totus furit contra principes & consiliarios eorum, quòd tam indignum obijciāt argumentum,quia Pontifex sit habiturus concilium,ideo non debeat iam iniri ratio reformandi ecclesias,dum Imperator & principes alij nolunt recipi articulos conciliatos:At ab initio Bucere detexi impium dolum tuum & funestam practicam tuam, qua fraudulenter aliquos articulos erroneos impetrare voluisti ab incautis,& sic diuū Im. catholicum fallere voluisti volubilitate verborū, qua arte decipiendi & circumueniēdi semper vsi sunt erga Principes viros patriarchæ tui hæretici veteres,Arrius,Macedonius,Vrsatius,Valens, Nestorius, Dioscorus & alij. Qua enim fraude imponere niteris Cęsaris sacro capiti & Principibus religiosiss.cū articulis tuis conciliatis:cum scripta per vos in colloquio exhibita,in pcipuis articulis fidei catholicę manifeste testentur discordiā & dissensionē vestrā à catholica ecclesia & libro , absq; eo, q̄ siluisti ad multos articu-

Principes petunt cō cilium à Papa.

Dolus Buceri.

Lutherani dissidēt ab ecclesia & libro.

articulos libri, quos tota Germania nouit vos nō recipere, ſed abominari. Speras ne homo impudēs pręcelſum Im. ac catholicos principes mendacijs tuis vinculari, vt credant articulos conciliatos, in quibus ἐπιδεικτικῶν à veritate, à fide, ab eccleſia, & à nobis diſſidetis, at vanā tuam iactantiam ab initio manifeſte conuici, & idem feci ſupra poſt confutationem articulorum falſorum per vos oblarum. Prodi ſi audes, & articulos ementite conciliatos, denuo proponas, vt catholicis principibus imponas.

PVNCTVM IX.

Catholici principes, rogarunt diuum Cęſarem, vt ſi generale Cōciliū impetrari nō poſſit, nec ratio habēdæ nationalis ſynodi ſummo Pontifici & Cęſareæ Maieſtati placuerit, vt ſine dilatione, in imperiū & Germaniam redire velit, & cōuocatis ſtatibus tētet, vt errores extirpētur. Et hic ſtomachatur Bucerus, aculeo innocentē pūgēs Pontificem, horrentē & fugientē conciliū cum ſuperioribus annis indicto Concilio Mantuæ, & mox trāſlato Vincētiam, nemo repertus ſit ex omnibus Chriſtianis, qui magis refugerit concilium quàm vos Ludderani. Et conſtanter ego affirmo, quandocunq; coactū fuerit Oecumenicū & Catholicum concilium, Bucer, Luther, Hoſander, Blarer &c. nequaquam comparebunt. Mordet etiam principes, quod in congregandis concilijs authoritatem pontificiam & imperatoriam coniunxerunt, quod indignum ſit ſimplicitate Germanica, nam cum ipſi ab obedientia ſe. ap. exciderint, vellent omnes principes diſcedere à ſe. ap. & ab eccleſia Romana, & ab vniuerſo orbe Chriſtiano, prophanū altare foras conſtituentes, cum nouem tribus & dimidia ægretulerint altare ab alijs conſtructū, ſolum memoriale, non quo ſacrificia Deo offerrentur. In ſumma hoc agit Bucer, vt Pontificem & Principes Eccleſiæ excluderet à concilio ſubſtitutis ſuis apoſtatis, votifragis.

Pro Pontifice.

Luderani contra cōcilium.

Ioſu. 22.

At quā iniquus eſt Bucerus pijſſimis Principibus meis catholicis, dū hoc rogāt Imp. quòd ipſe obtulit & recepit ſe facturum, ſcilicet vt celebretur vel generale concilium, vel nationale, quòd ſi impetrari nō poſſit, Senat⁹ imperij, cōuocetur. Indignatur Bucer, quid hoc ludāt circulo. At non vult Bucer ordinariam viam tentari, cum omni ætate

ſuborien-

Cōcilium semper cō tra hæreses. suborientibus hęresibus, semper visum est sanctis patribus, non felicius illas posse extirpari, quam generalis concilij iudicio: Quod si Deus nobis iratus, conciliu n generale celebrari non permitteret, proximum remedium priscæ ecclesiæ est nationale concilium, sicut hæresis Feliciana contra imagines crucifixi, & sanctorum exorta nationali Concilio Germanorum fuit damnata Fräckfordiæ ad Mænum, præsidentibus tamen ibi, (etiam si rumpatur Bucer) Pontificiis legatis & apocrisariis, Theophylactio & Stephano Episcopis.

PVNCTVM X.

Catholici principes deliberarunt firmiter adhæsuros veteri religioni, sicut illa ab apostolorum tēpore, per Concilia & patres vsq; ad hodiernum diem mansit.
Matth.18 Contra hoc Christianissimum principum propositum, cū
Rom.14. momus nihil habeat quod dicat: vt tamē molestus sit opti-
Lucæ.6 mis principibus, antiquam cecinit cantilenam de abusibus & delictis aliquorum, non memor verborum Christi. Necesse est vt scandala veniant, sed cur Bucerus alienum seruum iudicat, qui domino suo cadit aut stat: Vę erit illi per quem scandala veniunt, festucam vidit in oculo proximi, & negligit trabem in oculo proprio. Immiscet tamen quæ
Articuli Bucij. vellet obseruari à Catholicis principibus, videlicet, vt sacramenta non administrarētur, nisi in lingua à populo intellecta. Item quod nullus sceleratus admittatur ad missas vel celebrandas vel audiēdas: profecto si hoc facerēt principes, Bucerum nullatenus admissuri sunt ad missam. Itē, quod in missis sacramenta administrentur, quia sui delicatuli sacerdotes nolunt celebrare, nisi habeant communicantes. Item, quod vtrunque sacramentum præbeatur plebi petenti. Mirum quomodo mutatus sit Bucerus, qui tot annis laicos vtraque specie Sacramenti priuauit, Zuingliano more pistorium panem pro corpore Christi tradidit, vt tota nouit Argentina, & palàm Zuinglianismum Bernę defendit, atque cum Zuinglio, Oecolampadio &
Marpurgi Capitone restitit Marpurgi Ludero, Melanchtoni & Io-
lectarij. næ: adeo vt recedentes super articulo de veritate corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, non potuerunt concordari. Item vt monachis, sacerdotibus & monialibus

matri-

matrimonia permittant: Inuehitur denuo in consultores principũ,& recurrit vipera ad abusus: felices exclamat ecclesias si illis vetus religio restituatur, ac si ipsi non aliud quærant aut moliantur: Vides veterem existimat religionem,illam Hussicam,Vuicleficam.Picardicam, Berengarianam,Iouinianam,Vigilantianam, Fœlicianam, tam in felicibus ac damnatis monstris natam. Vetus ecclesia Bucij.

PVNCTVM XI.

Catholici principes in memoriam reuocarunt Imperatori recessus ordinationes,ac mandata Maiestatis suę cum statibus catholicis,& præcipue recessum Augusten.in quem communiter status consenserint, & appensis sigillis suis subscripserunt, promissis etiam auxiliis Maiestati suæ. Confirmatus fuit recessus ille Ratisponę per imperialem celsitudinẽ ac status imperij Anno gratiæ 1532. & tandem etiam Haganoe Anno 1540. Principes qui istic in propria persona fuerunt eundem approbarunt cum serenissimo principe Ferdinando, Romanorũ, Hungarię & Bohemiæ rege, quare firmiter præfatis recessibus, & mandatis inhęrere decreuerint:potissimum cum Imperialis Maiestas in ꝓpositione facta in his comiciis eundẽ recessum Augustanum saluum manere,se velle declarauerit. Augustensis recess⁹.

Cum ista catholicorum propositio apud omnes cordatos& pios catholicos non possit non honestissima censeri, vbi manifeste se stabiles & firmos in fide declarauerũt, vt non sint iam paruuli fluctuantes,qui circunferantur, vt Paulus pręcipit, omni vento doctrinæ,in nequitia hominum,in astutia Bucerana ad circũuentionem erroris: Tamen cõtra principes arcuato vulnere insurgit scorpius, & catholicũ catholicorum respõsum venenata carpit lingua, præterit autem edictum Vuormaciense Anno 1521. Editum & alia mandata Augustissimi Imp.nostri & Augustẽ. insectatur recessum,quia ibi salubriter constituta per Episcopos & principes nõ obseruentur, quæ dinumerat per digitos 1. contra sacerdotes inhoneste conuersantes,2. concubinarios, 3. laice vestitos, 4. contra blasphemos, 5. cõpotantes ad æquales haustus,6. contra luxum vestium,7. cõtra nimios sumptus, 8. contra vsuras & fraudes cõmerciorum: lamentatur Episcopos & principes ista nõ obseruare, Ephesi. 4 Hierony.

Facientes côtra recessum August. uare,sed subditos tributis periculose(aptum seditioni verbum)premere,fœneratoribus omnia patefacere.

At quis hæc legens non perspicit vertiginosum caput Buceri: nam Cæsarea Maiestas sententiam proposuit de ineundo consensu religionis,& de religione responderunt principes,quia velint adhærere recessui Augustano:Ineptus Sophista Bucer obiicit de moribus & viciis hominũ, ac si Lutherani & Bucerani laici non quotidie peccarent contra præcepta & mandata Dei in via morum, alioquin sanctuli non orarent quotidie. Et dimitte nobis debita nostra:nam enumeratis octo articulis, nullum profert de religione,qui tam multi sunt in eodem recessu. Fateor principes benefacerent,si salubriter constituta in moribus obseruari curarent: An non & decalogũ custodire præceptũ est, in quẽ quotidie peccatur cum prouocatione iræ diuinæ? & quisq; Bucerana legerit,videt eũ articulos suxisse,nõ ex recessu Augustano, cui firmiter se adhæsuros principes promittũt,sed ex alio decreto,Cęsaris extra recessum de ordinatione & reformatione bonæ policiæ in Imp. Romano.

Aggreditur durus cẽsor Bucer etiã recessum Ratisponensem, quasi nouus Mercurius à Deo missus, vt omnia pro libidine sua taxet & reprehendat,quia illic sancitũ sit, Cæsare non obtinente indictionẽ conciliis à Pontifice,in alio conuentu imperij de religionis consensu constitueretur: Iam Pontifex(ait)vt ante sæpe fidem fefellit.

Psal.49 An non in mentẽ tibi venit Catholice lector,quod Dauid de calumniatore dixit? Os tuum abundauit nequitia, & lingua tua cõcinnabat dolos,sic temere & falso crimina-

Ludder. ri summũ sacerdotẽ Christi: Vniuersalis ecclesiæ præsidẽ, vt Luder suus sex rationibus insolubilibus probauit suo iudicio:nõne hoc est hominis flagitiosi & maledici? Bella eñ Augustissimi Cęsaris in aphrica aduersus infideles. Et

Pro Papa in prouincia contra potentissimum Gallorum Regẽ,concilio remoram fecerunt: Nec tamen apostolicus Pontifex fefellit quenq̃,sed concilium œcumenicũ indixit,& omnia fecit quæ concilij felicem progressum promouerent, quis impediuerit,Paulo superius dixit: Ne tamen deesset paterna clementia,transtulit Concilium Vincentiam,vbi etiam nihil eorum omisit,quæ ad continuationem concilij facerent,

rent,vt Luderanis dicere possit, popule meus, quid vltra debui facere tibi & non feci: Vos fuistis primi,q detracta stis venire ad conciliũ, quia omnis qui male agit,odit lucẽ & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Ioan. 9.

PVNCTO. XII.

Catholici principes meminerunt recessum Augusten. sigillis principum subscriptum & roboratum: Bucer mox iudicat hoc in eos tortũ,qui eidẽ decreto subscripserunt, & postea ab eo declinarunt. Pacta seruabo ait Prætor, & magna fuit veterum principum Germaniæ constantia,vt fideliter custodirent, quæ sigillis suis roborauerant: Frigida est & inanis Buceri palliatio, quod principũ sit mutare ea quæ iniquitate temporum irrepserunt, aut errore recepta sunt cum lege Dei,& vera religione pugnãtia Hæc Bucerus ex felleo, perfido, ac schismatico animo euomit notans recepta ab ecclesia catholica, quæ in recessu Augustano continentur, pugnare cum vera religione: Cum hoc vere de suis Hussicis & Pickardicis damnatis erroribus ac corruptis dogmatibus diceret. Ego sub periculo capitis mei, offero me gloriosissimo Imperatori nostro Carolo & Catholicis statibus, omnia me defensurum in negocio fidei recessu Augustano contenta,aduersus Bucerum,ac omnes Suermeros sibi adhærentes, concionatores tam Luderanos quã Zuinglianos, vel coram sacro concilio generali,vel statibus imperij,aut Theologis celeberrimarum academiarũ,Parrhisij, Salamini,Compluti,Louanij & Patauij: Agite quotquot estis,contra vnum insurgite Eckium.an adiutorio Dei non de vobis omnibus veritas fidei triumphet,& victoriam reportet. Hactenus ludicra tractauit Bucerus, Iam ad seria venit, & quæ maxime cor eius pupugerunt, de conciliatis articulis per catholicos Principes non admissis.

Pacta sigillata seruare.

Oblatio Eckij cõtra Zuinglianos.

PVNCTVM XIII.

Catholici principes responderunt super articulis, in quibus inter collocutores conuenit, an sint recipiendi & approbandi, vsque ad concilium, se in hoc nullo pacto consensuros ob plures causas: Primo,quia aliqui articuli sint superuacanei vt sunt primus,secundus, tertius, & quartus: absurdum autem est articulos nunquam cõtrouersos reconciliari: Et articulus quartus non Ratisponæ, sed

Principes non recipiũt cõciliatos fuco articulis.

Vuormaciæ eſt reconciliatus,ſub alia tamen forma,quam ſit in libro propoſitus.

Reluctatur Bucer & mordet Principes nobiliſſimos, quia hanc cauſam obiecerint,indignam principum dignitati:quia collocutores non poſuerint hos articulos,ſed au thores libri oblati per Imp. Nec ſuperuacanei ſint articuli,cum hi ad doctrinam de hominis lapſu pertineant.

Buceri dolus ſuper colloquio

Gratias ago domino noſtro Ieſu Chriſto,qui animos Catholicorum principum præſeruauit,ne in ſcyllam articulorum præſumpto conciliatorum inciderent, & ſic dolos,fraudes & aſtus Buceri frangerent,cum non alia cauſa toto triennio pertinaciter colloquium expetierint, niſi vt catholicis imponerent obtentis aliquibus articulis iactarent coram rudi plebecula, & detorquerent eos in deprauatiſſimum ſenſum, ſecundum malitiam infecti cordis At præuenit principum conſtantia conſilium malignantium vt exaltare poſſint cum Propheta,quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui, ſuperuacue exprobauerunt animam meam : quia laqueum parauerunt pedibus noſtris, poſuerunt peccatores laqueum mihi, ſed de mandatis tuis non erraui,Benedictus dominus,qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine domini qui fecit cœlum & terram. Domini itaque nutu diſſipatum eſt concilium Buceri: Hinc illæ lachrymæ & querelæ:hinc clamat,inſanit & furit,& quaſi mente alienatus ſcribit & loquitur: mirum quòd ſe nõ ſuſpendit vt Achitophel. Nam ex qua Grammatica homo ſibi animo conſtans poſſet dicere, articulos nunquam controuerſos eſſe reconciliatos: cum reconciliatio præſupponat diſſenſionẽ diſcordiam,aut indignationem,vti Chriſtus ait. Si offers munus tuum ad altare , & recordatus fueris , quod frater tuus habet aliquid aduerſum te,relinque ibi munus tuum, & vade & reconciliare fratri tuo. Vide cur reconciliatione opus habet , quod frater tuus habet aliquid aduerſum te. Ideo recte principes dixerunt illos ſuperuacaneos,non curantes, quis illos poſuerit:at recte Bucer fatetur plures fuiſſe qui ſcripſerint librum : quoniam ipſe quoque vnus

Pſalm. 54 · Pſalm. 115 · 2. Re. 17 · Matth. 5

eſt

eſt ex ijs qui calamum veneno tinxit in hoc libro, vt mox manifeſtius explicabimus.

Audet ad hæc Bucer nobiliſſimos principes calũniari,& falſitatis arguere,quod reſponderũt diuo Cęſari alia forma cõciliatum eſſe articulum 4.quàm in libro ſit propoſitus, adeo nihil pudet mendaciorum apoſtatam: quòd vt toti mundo fiat manifeſtum, ſubijciam formulã reconciliationis articuli illius,vt Vuormaciæ conuenit.

CONCORDIA SVPER ARTI. II. CONFESſionis De peccato originali, Vuormacię inita poſt triduanam diſputationem,præſentibus Illuſtri.D. A.Grãuaella Imperiali cõmiſſario, & D. Anthonio Epiſcopo Attrebaten.per D.Menſingum & Eckium ex vna,Melanchtonem & Bucerum ex alia, quam XI. & XI. vtrinque deputati confirmarunt.

ANNO GRATIAE M. D. XLI. die XVIII. Ian.

FAtemur vnanimi ſententia,omnes ab Adam propagatos ſecundum legem communem, naſci cum peccato originali,& ita in ira Dei. Cõcordia Vuormaciæ.

Eſt autem peccatum originale, carentia iuſtitiæ originalis debitæ ineſſe cum concupiſcentia.

Cõſentimus etiã, in baptiſmo reatũ peccati originalis remitti cũ omnibus peccatis,per meritũ paſſionis Chriſti.

Manere autem non ſolum Apoſtolicis ſcripturis, ſed ipſa etiam experientia docti ſentimus, concupiſcentiam, vicium naturæ,infirmitatem, morbum,&c. De quo quidẽ morbo in renatis,inter nos conuenit: quod maneat materiale peccati originis,ſublato formali per baptiſmum. Materiale autem vocamus peccati, quòd ſit à peccato, quod ad peccatum inclinet, quod repugnet legi Dei, quemadmodum& Paulus appellat. Ad eandem etiam rationem in ſcholis compendio dici ſolet. Manere in baptizato originis peccati materiale,formale vero rectius eſt auferri.

Expendat iam fidelis lector, & cõferat concordiã iſtã cũ farragine quarti articuli in libro: & cogetur fateri alia forma articulum illum Vuormaciæ cõcordatum atq; Bucerũ iniuſte, & friuole excellẽtiſſimos principes falſitatis

arguere,cũ potius ipſe iam aperte ſit mendacij conuictus: nec releuat Bucerum,quòd ait explicatius in libro articulum iſtum deſcriptum, fateor magis Lutherice deſcriptũ, vt ex annotationibus noſtris ſuperioribus ſuper eodem libro manifeſtum fecimus: Nugatur Bucerus inter paucos rẽm actam Vuormaciæ: quoniam vt memini, xi. & xi. ex vtraque parte,conſenſerunt in hanc concordiam,cum collocutores Ratiſponæ non fuerunt,niſi duo & tres.

PVNCTVM XIIII.

Catholici Principes in reſponſo dato Cæſ. Maieſtati hãc etiã cauſam aſſignarũt,quia in ſcripto oblato ſint verba non cõſentientia cõſuetudini Eccleſiæ, formis loquẽdi vſitatis patrum: Hoc etſi inficiatur Bucer ad negandum manifeſta vera obſtinatiſſimus, tamen ſuperius euici,pleraq; erronea in hoc libro, & Bucerum de ſuo ſpu to(quia ſcriptioni libri interfuit)multa immiſcuiſſe:vnde indigne fert optimos principes anteuertiſſe dolos eius,qui tam facilẽ affirmat in religione eſſe concordiã: facilis eſſet fateor,ſi Catholici hæreſibus cedere vellẽt, & cũm eis in ſchiſmate & erroribus nigreſcere,ſed Deus pater miſericordiarum reliquit ſibi in Germania tot nobiles Principes & Comites,qui non ſunt maculati hæreſibus Lutheri & Zuinglij,ſicut reliquerat ſibi 7000.virorum in Iſrael, qui non curuauerunt genua ſua ante Baal. Eoſdẽ per gratiam ſuam conſeruabit etiam in futurum, ad gloriam nominis ſui,ac fidei catholicæ exaltationem. Quod Principes de libro queſti ſunt,cui inſint aliqua obliteranda, aliqua mitigãda,ſuperius euidenter oſtendimus: & vt ad me ſcribunt amici non ſolum Principes catholici arguunt librum, ſed & Philippus Melanchton alioquin mitis ingenij,& pacis amator,non per omnia cum eo conſentit.

Alienus modus loquendi in libro.

3.Reg. 19

PVNCTVM XV.

Catholici Principes aperte mentem ſuam patefecerũt Cæſareæ Maieſtati, quia articuli conciliati, vel non fuerunt controuerſi,vel ſint minoris momenti, at articuli maiores,& qui vulgum magis offenderunt, non ſolum non ſunt conciliati,ſed à proteſtantibus de nouo impugnati,vt nulla ſit in his ſpes concordiæ.

Hic ſe accingit Bucius, vt flexu verborum, ſophiſmatibus

tibus & nugis responso Principum illudat: Et cum Principes obiecerunt aliquos articulos non fuisse controuersos, surda aure transiit, sicut Vlyssis socij cæratis auribus Syrenes: quia nihil veri similis habet quod proferat.

Affert auté articulos, qui parui mométi sunt scilicet de lapsu & reparatione hominis, de fide & operibus, de vera pœnitentia, de ecclesia & eius membris, de sacramẽtorum vsu & vi, de ministris ecclesiæ & potestate. At hos Bucer arbitratur non parui momenti, pro quibus tot viri, ferro, igne, & aqua extincti sint, & magnificat hos articulos de fide & sacramẽtis, at asino pellem leoninam detrahamus. 1. Articuli minoris momenti cõciliati.

Primo de lapsu hominis, est ensis Aiacis, articulus ille non fuit cõtrouersus.

Secundo assumit articulos parui momenti, hic corrũpit verba & sensum principum, qui non dixerunt parui, sed minoris momenti, quod ex ideomate locutionis comparationem adfert. Sint magni momenti articuli, tamen in respectu, si alijs conferantur, vbi plus deliquerunt diuersarij, & maiori periculo minores sunt. 2.

Tertio perperã infert ex eo quod principes enumerarũt aliquos maioris mométi, quod alios omnes reputarint minoris esse momenti, cũ articulum de pœnitentia, cõfessione ac satisfactione indubie inter maiores quoque locabũt. De articulo de fide & operibus dicãt, quia fucosis cãuillis adũbrata est illa concordia. De vera pœnitẽtia omnino non conuenerunt, vt supra ostendimus, multominus de ecclesia, nondũ enim audiui ex Bucero, vt falsam suam & hęreticã sententiã, quam Bernę inter suos Zuinglianos protulit, mutarit. Nã conabatur probare cõcilia generalia etiã directe determinasse contra verbũ Dei, & hanc hæresim probaturus euocat conciliũ Constantiense, quod hũc articulũ Hussi dãnauit. Ecclesiã esse tantum finaliter prędestinatorũ, Catholici autem ecclesiam dicunt congregatam ex bonis & malis pistibus, virginibus fatuis & prudentibus. Nondum ergo probabo conciliationem huius articuli, nisi Bucerus reuocet, & restituat honorem sacro concilio Constantien. Nihil conuenisse de vi & vsu Sacramentorum, manifestissimum est, cum nec denuo conuenerunt, & principes aduersarij retractant admissionem 3. Bucerus de ecclesi Bernæ.

Bucij de Sacramento extremæ vnctionis. Quid ergo non audet apostata, obijciens catholicis articulos esse conciliatos, quos sui principes nolunt pro reconciliatis agnoscere? Ita de vsu Sacramentorum vanissima est eius iactantia, cum hodie neque in baptismo, neque in confirmatione, neque quocunque alio Sacramento, vsum receptum & consuetum ecclesiæ sequantur. Sic de vi Sacramenti, etsi vim sanctificandi contra Patriarcham errorum Sacramẽtis dederint, vbi autem largiuntur characterem imprimit: Vbi vel chrismate aut oleo sancto vtuntur, & deplorandũ est, quomodo Sacramẽtũ matrimonij proscindũt. Hoc adiecerim in epistola ad Marpurgen. negasti cum Ludero efficaciã, & vim Sacramentorũ, an ergo hanc sententiã retractaueris aut minus, cur nõ manifeste fateris, at dolis cõ sutus es, nam etiã super Matthæo cum Ludero colludis & vim baptismi aperte negas, quam tamen in oblato per Cæsarẽ libro fateris, talis Cameleon es, versipellis & instabilis, quamuis ibidẽ plures alios habeas errores intollerabiles. Baptismus non plus confert quam circuncisio. Idẽ est baptismus noster & Iohannis: At si redierit, mucores istos eximã naso eius, ea acrimonia qua decet: Quare falso Bucer istos articulos obtrudere vult Cęsareę Maiestati & Catholicis ordinibus imperij. Eundẽ dolum de ministris ecclesiæ & eorũ potestate liquido deteximꝰ in superioribus.

PVNCTVM XVI.

Catholici principes vt fidem facerent Imperatori nostro pientissimo, præcipuos articulos, qui maioris scãdali ac impietatis causa fuerũt in simplici plebecula enumerãt, qui nõ modo non sint cõciliati, sed de nouo vehementer impugnati, quorum primus est de venerãdo Sacramento Eucharistiæ, eius adoratione & reseruatione.

Buceri impietates Bernæ.

Bucer egregius Halophanta nititur mendacijs & blasphemijs illudere Imperiali celsitudini & principibꝰ: quia probe conuenit adesse verum corpus & sanguinẽ Christi, dum exhibetur, vt ipse instituit. Hic te Buci appello & conscientiam tuam, si ita corde credis, vt hic contra principes obijcis, cur tu in prophana disputatione Bernen. improbasti veritatem corporis in Sacramento meris cauillis sophisticis, quia Christus ascenderit in cœlum, & sit ordinatio

natio Dei, vt post suam ascensionem Christus non sit nobiscum corporaliter: neque etiã fuerit in Eucharistia exhibita apostolis in cœna Domini, alioquin habuisset duo corpora, vnum quod in mensa sedebat, aliud quod apostolis porrigebat. Aliud sophisma attulit, quia esse vbique sit proprium Dei: & quia corpus Christi non sit Deus, ideo non possit esse vbique in orbe Christiano. His telis inanibus obtudit Catholicos disputantes, & decepit Senatum Bernensem, quia abominabilem ac impiam deformationẽ (hui reformationem dicere volui) per ciuitatem, oppida & latissimam eius ditionem publicauit, de obseruandis in disputatione conclusis. Cur ergo seductor Bucere si iã cõtra sentis, non admones Bernates, te decepisse eos, ac reuocas tuam Berengarianam sententiam. At vereor, qui hanc noluisti reuocare Marpurgi coram Illustrissimo Hessorũ principe, quin scriptis impijs Lutherum tibi aduersantem proscidisti, ac Pomerani psalterium falsasti, ne adhuc pulmoni tuo hæresis hęc adhęreat, & fucosis verborum flexibus Catholicis & Luderanis imponas: Nã duriora in sectatores Lutheri scripsisti ad academiam Marpurgensem (Ita eã appellas) quoniã perfidiã palliares, & laborasti vt in fratrũ numerum assumereris, constante errore tuo. Scis quàm falsa præfixeris in quartũ tomũ postillę Luderi, vnde ille calamũ in te acuit vehementer acerbũ, quem calumniatorem appellas in Matth. vigesimo sexto cap. Vt constet omnibus non nudius te incœpisse fallere. Nam huiusmodi vafricie vsi sunt Berengariani in Cõciliabulo Basiliensi, Anno 1536. vt secundum verborum corticẽ viderentur sentire cum Ludderanis, imo cum ecclesia, & tamẽ in priori perstiterũt impietate Zuinglij & Oecolampadij. Huiusmodi Vlysseo artificio vtitur Vadianus Poeta & Medicus, modo si Deus velit Theologorũ & Catholicorũ cẽsor, vt in sex libris Aphorismorũ lectori sit perspicuũ quoties enim ita tractat negotiũ Eucharistiæ, vt videatur ecclesiæ cõsentire, mox postea desilijt à vero, & sordibus hæresum inuoluitur, venenũ suũ euomẽs: vt mirer vnde repẽte nouus ille personatus Theologus ex Pharmacopolis ꝓdierit. Vehemẽter timeo, ne Bucerus simili dolo nobis imponat. Non de nihilo moueor, ꝙ experiamur ecclesias

Bucer cõtra Eucharistiam.

Vadianu

eum obſeruantes, Argentinam, Conſtantiam, & alias veterem adhuc retinere Zuinglianiſmum, ſicut & Turegum ac Bernam. Vnde malo credere Melanchtoni, animi ſui ſententiam proferenti, quàm Sinoni.

Bucer & hoc aſſuit, Euchariſtiam adorari in ſpiritu & veritate, quando exhibetur & adminiſtratur. Hic Bucius antiquũ apparet retinere mucorẽ Zuinglianũ, quia in ſpiritu vult adorari Euchariſtiã, ac ſi corpus Chriſti nõ eſſet realiter præſens, ſed ſpiritaliter per fidẽ ſumẽtiũ, vt in multis locis annotationũ ſuarũ teſtatur. Porro ſi vere corpus Chriſti adeſſe cẽſet, tamẽ impiiſſimã hæreſim fouet, nõ eſſe Sacramẽtũ, nõ adeſſe corpus Chriſti, niſi dũ exhibetur, & ſicut ſolent dicere, Euchariſtiã eſſe ſolũ in vſu, quia pluribus hoſtiis conſecratis, ſi quæ ſuperſunt vltra cõmunionem accedentium, ſentiunt, ibi non eſſe corpus Chriſti: hãc impietatem aſſerũt ſine vllis ſcripturis, ſine vlla ratione, ſine cõciliis & patrib. ex ſolo phanatico cerebro. Hinc negant reſeruandum Sacramentũ pro infirmis, neque venerandũ, ſi defertur ad infirmũ, aut in proceſſione ſolẽni. Nos habemus verbum Dei, quod omnipotenti verbo ſuo Chriſtus facit corpus ſuum eſſe præſens in Euchariſtia, & hoc Luderani nõ negant, quòd nõ ſit niſi in vſu, alioquin nõ ſinat eſſe ibi corpus Chriſti, nullam habent ſcripturã, ſed ex proprio capite fingunt huiuſmodi blaſphemias contra Eccleſiã catholicã, cũ ex praxi Eccleſiæ deberent accipere intelligentiã ſcripturarũ, ſicut ex praxi Chriſti & ſanctorum docet Auguſtinus. Nam verbũ Chriſti, ſi quis te percuſſerit in maxillã, præbe ei alterã, quomodo ad literã intelligeremus, niſi domino alapa percuſſo ab iniquo ſeruo, audiremus quomodo ſe geſſerit. Ita verbũ Pauli, Nõ voſmetipſos defendẽtes, ſed date locum iræ, ex praxi eius intelligitur, qui accuſatus à Iudęis coram Feſto Cęſarem appellauit, appellatio autem eſt defenſio. Miſſo quoque aduleſcente curauit, vt tribunus cc. militibus & cc. lanceariis ac ſeptuaginta equitibus eum defenſum contra inſidias Iudeorum, duceret ad Cæſaream: Praxis autem eccleſiæ à tempore martyrum habet Euchariſtiam deferri ad infirmos & magna ſolennitate celebrat feſtum corporis Chriſti, quod in proceſſione circunfertur, at hoc horret

Euchariſtia adorãda.

Praxis Eccleſiæ interpretatur ſcripturas.

Auguſt.

Matth. 5.

Act. 25.

Act. 23.

ret diabolus, ideo ſuggerit membris ſuis impijs prædicatoribus, vt contrarium doceant, & laicos ſeducant.

Porro quæ hic attulit Bucer aduerſantur receſſui Augusten. in quo Cęſar cum ordinibus imperij, decreuit obſeruare laudabiles cæremonias & cõſuetudines in catholica eccleſia hactenus cuſtoditas, ac nullam mutationem in his permittere ante futuri generalis cõcilij definitionem.

Hoc quoque monuerim, licet Bucius hic admittat Euchariſtiam dũtaxat adorari, cum adminiſtratur, tamẽ ipſe aliquãdo cõtrariũ docuit, contrariũ docuerũt ſchiſmatici plures, & ipſi patriarchæ ſectarũ, Zuinglius & Ludder voluerũt nullo pacto Euchariſtiã adorãdã, vt ſupra quoque meminimus, & inculcat in epiſtola ad Vualden. & ideo reprehendit feſtũ corporis Chriſti. Et execrabiliora ſcripſit pręceptor Buceri Zuinglius, qui Euchariſtiã appellat idolũ Maozim, quod in loco ſancto iuxta Danielis vaticinium, veneretur, & totam ſententiam de Euchariſtia dicit fictã, & damnoſam idololatriã, & neſciat, an maior ſit abominatio apud Deum adorare vitulos aureos in Dan. vel iſtum panem benedictũ. Sub peſſimo præceptore malus euaſit diſcipulus Bucerus, mali corui, malum ouum. Zuingli⁹ cõtra Euchariſtiã. Danie. 9 3. Reg. 12

Impie & hoc cõqueritur Bucer. reſeruatã hoſtiã ſeruijſſe diu & multis ad grauiſſimas ſuperſtitiones, quod eſt manifeſte falſũ: cũ Eccleſia reſeruet Euchariſtiã ꝓ infirmis, & ad laudẽ & gloriã Dei, vt iuſſit conciliũ Vuormaciẽ. vt ſacerdos ſemper paratã habeat Euchariſtiã pro infirmis. De cõſ. di. 2. ſeruit.

De tranſſubſtantiatione ſuperius abũde diximus: neſcit enim catholica eccleſia Chriſtum impanatum, vt Bucer aliquando irriſit Ludderanos.

PVNCTVM XVII.

Catholici principes, etſi non expreſſerint articulum de Miſſa male reconciliatum, tamen Bucer hunc aſſumit, quia in tribus facta ſit reconciliatio. 1. Quia damnatur fiducia externi operis. 2. Quia fide propria ſacrificium Chriſti ſit amplectendum. 3. Nullam aliam immolationem Chriſti aſſeri, quàm quod eccleſia patrem rogat, vt ſacrificium filij valeat ipſi ad ſalutem, & hæc inſint libro ab Imperatore oblato, in hoc ſolo controuerſia manſit, an conueniat habere miſſam ſine communicantibus.

Quã non erubeſcit Sycophanta mẽdacia mendaciis cu mulare in totius imperij præſentia, ſolũ vt catholicos principes traducat, velut diſcordiæ amantes, quia articulos conciliatos noluerint acceptare. At iam ſępe dixi, & modo repeto, de articulis modo controuerſis, vel nullam aut nimiã factam conciliationem, & eam duntaxat fucatam & vulpinam, & ſic nobiliſſimis, ac in fide catholica conſtãtiſſimis Principibus voluit imponere Bucer. Quod adeo hic inſole eſt vt inſigniter temerarius ſit & perfrictæ frontis, qui hoc neget. Nam ſi liber à pientiſſimo & à Deo cuſtodito Imp. cũ eis cõuenit, eo dẽpto, an liceat miſſam habere ſine cõmunicante, cur tũc vltra ſcripta libri, obtulerunt arengã ſatis prolixam & inconcinnam, ſicut eam ſupra obelis iugulauimus, & de abrogandis miſſis priuatis quæ tẽtat Bucer, ſi etiam diabolũ à catenis inferni liberaret cũ 12000. legionibus, non perſuadebit firmis & conſtantiſſimis principibus Catholicis.

Articulus de miſſa non recõciliatus.

De tribus punctis ſuperius eſt liber ille inſertus, quam infideliter, & fraudulenter ſententiam eius tranſcripſit, quia liber recte damnat fiduciam ſolius externi operis, in eo qui nullam fidem viuam, nullam pietatem, nullam communionem precum vel orationis, vel aſſenſum ſacrificio adhiberet. Et iſte quoque nobis erit ſicut ethnicus & publicanus à merito & beneficio miſſæ alienus. In ſumma, quiſquis legerit librum & portenta Bucij perſpicit, quantam chaos diſcrepantiæ ſit inter eos: in reliquis remitto me, partim ad annotationes meas ſuper libro, partim ad examen ſcriptorum proteſtantium. Confiſus autem de veritate catholica, & aſſiſtentia Chriſti ſuę ſanctæ ſpõſæ eccleſię Dei, audenter, ſed humiliter, offero me ad ſententiam catholicam defendendã de ſacrificio miſſæ, contra Bucerũ, & quencunque hæreticum repugnantem in hoc Chriſto, eccleſię, diuo Imperatori, & catholicis Principibus ſub pœna ignis: fiat rogus inter nos, & accendatur, victus in eum deturbetur.

Oblatio ECKII.

Nam cum ſacram ſcripturam, Concilia, ſanctos martyres & patres à tempore apoſtolorum habeã teſtes pro ſententia catholica, atq; adeo receſſum Augusten. ſanguinem pro illa fundere paratus ſum, vitam, & animam ponere.

IN NOMINE TVO DVLCIS IESV.

AD impiam vocem Buceri reprimendam, qua Bernæ ausus fuit dicere, missam esse blasphemiam. O impietas, & vox dæmoniaca.

PVNCTVM XVIII.

DE cõmunione sub vtraq; specie pergit nugari Bucer in odium principũ catholicorum: verum quòd & ipse fatetur & cogitur fateri, non conuenisse, quid iudicandum sit, qui vnica tantum specie hactenus vsi sunt, vel adhuc vtuntur. Hoc est maxime, quod mouet catholicos principes, quottam portionẽ Christianitatis insurgere, & à peruersis prædicantibus, ac pseudoprophetis seductam, toti orbi Christiano insultare, & tot mille millia ex mortuis & viuis velle damnare. Vtinã Deus esset eis tam propicius, vt daret illis meliores ac veraciores doctores, At de hoc quoque articulo locuplete diximus in annotationibus libri & examine scriptorum protestantium. Et hic articulus quoq; reprobat⁹ est in recessu Augustano: ab eo quoq; super ea re syngrapham piissimi, ac catholici principis D. Georgij Saxoniæ Ducis, cuius anima, ita minime dubito, viuit Deo, in quo accuratius pro ecclesia catholica deliniauit omnia. Comnunio sub vtraque specie. Georgius Dux Saxoniæ.

PVNCTVM XIX.

BVcer contra Principes Catholicos de cœlibatu hoc adfert, quia liber ponat, posse permitti coniugiũ sacerdotibus, ipsi vero cõtẽdãt debere permitti, at fusius diximus in annotatione libri, & examine scriptorum. Hoc addiderim, etiam in hoc puncto Bucerum aduersari recessui Augustano, quem Augustalis Maiestas semper voluit manere saluũ in toto hoc negotio & tractatu Ratisponen.

Adiiciam & illud ex cõfutatione decimę conclusionis Bernæ disputatæ (quantum attinet ad corruptam & felleam disputantium intentionem) Cum Ecclesia possit inabilitare personas ad cõtractum matrimonij, sequitur præsumpta matrimonia Zuinglij, Oecolampadij, Buceri &c. nõ esse matrimonia, sed obstinata, scãdalosissima, damnosa, & sacrilega, meretricia, & multo peiora q̃ pauperũ sacerdotũ Christianorũ cõcubinat⁹, q ex fragilitate humana, à cõcupiscẽtia carnis victi labũt, & sunt in timore dei agnoscẽ- Matrimonia præsumpta monachorum, peiora q̃ cõcubinatus.

tes peccatum suum accusante conscientia, ideo cõpungun tur ad pœnitentiam & confessionem peccati sui. Isti autẽ noui milites Veneris, Bucer cum apostatis suis & nunnis, obligant se & tradunt in perpetuum meretricium, sub honesto titulo coniugij, cum scandalo totius Christianitatis, prædicantes peccatum suum, sicut Zodoma: Non pœnitet eos, nolunt confiteri illa vel alia peccata, neque habent propositum cessandi: sed multo magis, vt est ars & malitia diaboli, si possent totum mundum seducere & illicere in eorum ignominiosam, infamem, & opprobrosam vitam omnibus modis curarent. Idcirco illorum seditiosorum meretricium, damnosissimum est, pernitiosissimum, ac diabolicum: Licet & cleri Christiani concubinatus ma lus est, & à præpositis puniendus, tamen, meretriciũ Suermerorum est eorum qui desperauerunt de Deo, fidefragorum, & apostatantiũ ab ecclesia Catholica. Hæc tibi olim scripsi Bucere, reuertere, & dic quæ voles, audies aceruũ, eorum quæ non vis.

Esaiæ.

Perpetuũ meretricium.

Satisfactió.

PVNCTVM XX.

PErgit Bucer iniuriari principibus Catholicis, quia articuli quos illi dixerunt non conciliatos, sint reconciliati, & affert pœnitentiam, confessionẽm, & satisfactionem: at ex dictis in annotatione libri & examine scriptorum Protestantium liquido constat Principes Catholicos verum dixisse, & Bucerum eos falso calumniari: Et ne Aethiops mutet pellem, non definit nugari, etiam libro falso imponit, opera nostra non esse satisfactiones propiciatorias, nam licet propiciatio culpæ solum Christo tribuenda sit, tamen satisfactionem canonicam à præpositis sacramentorum acceptam & peractam, præteritorum peccatorum causas excindere, & peccati reliquiis mederi, tẽporariam quoq; pœnam seu tollere seu mitigare vere docuit. Ex his omnibus perspicuum est, q̃ à veritate alienus sit Bucer, & iniuste oneret Catholicos Principes, ac si parum in controuersia hæserint articuli illi parui momenti: cuius falsitatem nos aperte pro ecclesia, pro fide, pro Christi amantissimo Imperatore, pro orthodoxis & illustrissimis principibus probauimus: Falso dixit Bucer scripturas & patres nihil docere de transsubstãtiatione panis: tamen

Falsitates Bucericæ etiã cõtra Lutherũ.

Christum

Christum in Eucharistia haberi dixit; quod tanta peruicacia tot annis contra ecclesiam, atque ipsum Luderum, Pomeranum, Melanchtonem, Brētium cum suis Suermeris negauit, vt verissime dixerit Agatho Papa ad V. Synodum. Hæretici non solum veræ confessionis aduersarij, sed à via veritatis aberrantes, sibimetipsis contraria docuerunt, aliter & aliter asserentes, & alterutrum dogmata destruentes, quod enim nulla veritate fundatum est, necesse est, vt erroris inconstantia varietur. Agatho. Hæretici instabiles.

Falso dicit Bucer de vera ratione missarum conuenire, vt à Christo instituta est & à patribus obseruata. Falso exprobrat Bucer Catholicis, qđ missæ assueuerint sine verbo Dei, sine exemplo veterum, & eos dicit imperitos, ac si imperiti fuerint Dionysius, Policarpus, Tertulianus, Ireneus, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus & alij sancti: Ita assolet Luciferiana superbia se iactare. Missa.

Falso dicit Bucer, hominum duntaxat extare præceptum vt homines in confessione p̄c̄tā sua probe enumerēt.

Falso vult Bucer tolerabilius esse, vt sui perpetui meretricarij & fidefragi coniugati ferantur in ecclesia, quā concubinarij sacerdotes.

Pollicetur Bucer librum propriū, de vera explicatione articulorum conciliatorum, ac si non satis hucusq; iniuriatus sit catholicis principibus, nisi omne venenum aspidum sub lingua eius contra ecclesiam, & principes euomat: At veniat Philistæus ille, qui ausus est maledicere exercitui Dei viuentis: veniat & audacter occuram ei, & acceptis lapidibus de torrente scripturæ, funda infigam in fronte spurij huius: & omnino redeuntem ita excipiam & tractabo, vt maledicentia sua meretur: & experietur non deesse iustitiæ & veritati debitum patrocinium. Liber Bucero promissus. Prouocatur Bucerus. 3. Reg. 17

Falso dicit Bucer, solum superesse pugnam de articulis conciliatis, vt vbertim probauimus.

Falso persuadere nititur Bucer Catholicis principib⁹, aliquos articulos vere cōciliatos per eos recipiendos: quia manifestū fecimus ex articulis cōtrouersis, nullū esse vere recōciliatū. Ideo Catholici principes iustissima causa moti noluerunt articulos dolo à Bucero obtrusos, recipere.

Falso suadere nititur Bucer Catholicis principibus, ne

ſalutare conciliationis inſtitutum in Ro. Pontificem reiiciant: At in quem alium reiicerent, niſi in vicariũ Chriſti, in eccleſiæ militantis caput miniſteriale, aut in ſacrum œcumenicum concilium. Ipſi fideles & obedientes ſe.ap.& eccleſiæ vniuerſalis filij?

Papa. Conciliũ.

Forte non falſum ſuſpicatur Bucer, cum principes nõ dubitent ſe veram, Bucerum & ſuos falſam religionem ſequi, ideo reiectio illa cauſæ ad concilium, nihil aliud videri, quàm captationem occaſionis in eos decernendi, quod cõuenit in manifeſtos hæreticos: Et quid tibi videtur Bucere? an non ſupremum iudicium fidei eſt apud concilium legitime congregatũ? Alioquin hęreſes ſemper mãſiſſent: At ſacrum concilium Apoſtolorum fuit congregatũ contra Ebionitas, Nicænum contra Arrium, Romanũ contra Nouatum, Gangrenſe contra Euſtachium, Conſtantinopolitanum cõtra Macedonium, Eudoxium, Apollinarem & Sabellium, Epheſinum cõtra Neſtorium, Calcedonen. contra Eutycen & Dioſcorum, Carthaginen. contra rebaptizatores Donatiſtas, Mileuitanum contra Pelagium, Sueſſanũ Marcellinus Papa contra ſeipſum indixit, Aliud Conſtantinopolitanum contra Theodorum, Aliud Romanum contra Paulum, Cirum, Sergium, & Pyrrhum, Aliud Conſtantinopolitanum contra Macharium & Monothelitas, Concilia Romanum, Nicænũ, & Francfurten. contra Iconoklaſtes, Aliud Romanum & Turonen. contrà Berengarium: Aliud Romanum contra Arrium, Sabellium, Eunomium, Fotinum. Concilium Toletanum contra Priſcillianiſtas. Concilium Bracarenſe contra Cerdonen, Priſcillianiſtas, Gnoſticos & Manichæos. Aliud Romanum contra Abbatem Ioachim, Almaricum, Petrum Abelardi. Ita & in aliis Conciliis alij condemnati fuerunt hæretici: At in Concilio Conſtantien. damnati ſunt articuli Iohannis Vuicklef, Huſs, & Hieronymus cõbuſti, liber Falckenbergij damnatus.

Concilia diuerſa cõtra hæreticos.

Concilia contra hæreticos.

Bucer ergo mordente cõſcientia non neſcius errorum ſuorũ timet iudicium Cõcilij generalis, ſicut & Patriarcha ſuus Luther, quia certus eſt ferendum contra ſe iudicium. Iam iam Bucere te inuenio, iam deprehendo cur latitas & ſuperioribus annis ſcripſiſti & excepiſti cõtra Concilium

Bucer refugit concilium.

cilium à domino apostolico Mantuę indictū & Vincentiæ translatum, times pelli tuæ & erroribus tuis: Spero & confido in Deum, iustum iudiciū generalis Concilij nō euades: sed hæc in deorum genibus sita sunt (vt dicitur.)

PVNCTVM XXI.

Catholici Principes pro quarta causa reiectionis articulorum assignarunt, quia imminueretur existimatio summi Pōtificis, Imperat. Maiestatis & statuum Catholicorum, qui oēs varijs obtrectationibus se exponerēt. Bucer more suo aspergit principes mucore maledicētiæ suæ, & de suo fermēto mēdacia injicit, quoniā ex reformatione, Pōtificis & principū existimatio imminueretur: At vbi probas quæ dicis nugator? Secūdo viciū quo inuoluuntur maxime Lutherani, Catholicis impingit: nam carni, & principi mūdi superstitio vnice grata est. At teipsum intuere, nunnos & nunnas tuas, laicos acædiosos ad cultū diuinum, & qui non ieiunant, non confitentur, nō orant, à carnibus nunquā abstinēt. Nonne hæc vestra irreligiosa superstitio carni seruit, & diabolo, tot euacuetis monasterijs vtriusq; sexus, cōtra sacri, & magni concilij Calcedonen. definitionem, Anno domini 454. factam? Diaconissa quæ susceperit ordinationem, & quantocūque tempore obseruauerit ministerium, & postea se nuptijs tradiderit, iniuriam faciens gratiæ Dei, hæc anathema sit, cum eo, qui in illius nuptijs cōuenit. Et iterum. Si quæ virgo se dedicauerit Deo, similiter Monachus, non licere eis iungi nuptijs: Si vero inuenti fuerint hoc facientes, maneant excommunicati. Ergo Bucerus cū omnibus votifragis nunnis est excommunicatus. Sic & fidefragi sacerdotes iugales carni & principi huius mundi seruiunt: cū ante mille ducētos & 27. annos cōstitutū sit in Concilio Neocęsariēsi (quod fuit ante Nicænū) presbyterū, si vxorē duxerit, ab ordine deponendum, cū alijs superius citatis: Cœlibatus ergo seruabatur antiquitus in clero: at in periculosis nouissimis temporibus à Christo & Apostolis prædictis, incipiūt seruire carni & diabolo: Cum autem hęc nouerit Bucerus, nōne est insigniter imprudēs, & imprudēter maledicus, quod hoc crimē Catholicis imponit Principibus?

Tertio apostata nō veretur Catholicis principibus imponere,

Existimatio Papæ & Principum.

Monachę nō nubát Cant. 15.

Cant. 16.

Bucerus excommunicatus.

ponere, ideo noluisse eos recipere articulos reconciliatos: quia piget recurrere bene, & dedecorosum habetur videri non vera sectatum esse atq; defendisse. O scelestam linguā furca & flāma dignam, Quis tibi apostatæ credet dicenti, vt principes Catholici recurrentes ab ecclesia Catholica, ab auita religione, bene recurrent? Cur non magis sectariis suis hanc recinit cantilenā? q̄bus dedecorosum est scindi à nationibus totius Christianitatis, vno exiticio Monacho eos seducente. Quin tu & tui huiusmodi estis, qui gloriam vestrā quęritis, non Dei. His auribus in colloquio audiui, quod cū vobis conarer suadere, & nescio quem articulum reciperetis nobiscum: recusastis hoc scripturis & patribus destituti: hac sola ratione, quia iam cōcionibus vestris plebs esset p̄suasa in hanc sententiā: & sine scandalo aut tumultu non possetis eam auocare à recepto vsu. Cum ergo hæc tua sit culpa & tuorū Bucere, cur temere innocentissimos principes tuo vicio maculare niteris? Cessa igitur principes mordere, sed vt in prouerbio dicitur A Lare incipe, & iuxta Horatianum illud: Tumet tua vinea, cædito.

Pudet Lutheranos reuocare.

Luderani quęrūt gloriā vanā.

IN CONCLVSIONEM BVCII.

DVm iam Bucerus raucesceret calumniādo principes Catholicos, ac iniuriis grauando eorum cōsiliarios: cōcludit in causa egregius, sed morbosus causidicus: Et primo Theonino dēte arodit senatores principum Catholicos, quos apertis mendaciis calumniatur infelices, ecclesiæ Dei, ac patriæ calamitosos, qui istis principibus persuaserunt hanc conciliationem, à maiori parte principum comprobatam, vt in manus Pontificis reiicerent. At te Bucere compello. An non fecerunt hoc in fide constantissimi principes iustissimis causis, iam allegatis: tu responde si potes: & nostros experieris aculeos: sic pergis more tuo nugari, à maiori parte principum receptam reconciliationem. Ita scilicet consiliarius à scrinio pectoris, quod falsius falso est: vt confestim Catholicos principes in tabella recitabimus: Iniuriaris porro senatoribus principum, quia sint calamitosi patriæ. At vide, qui alium iudicas, ne teipsum condemnes: quæ fuit maior calamitas Germaniæ, quàm funestum bellum seruile plus centum millibus rusticis trucidatis, tot opibus, & tanta rerum opulentia in-

aniter

aniter absumptis, tot monasteriis, ac arcibus, vel direptis, vel flamma combustis: scis ne Bucere, in qua arce cum Oecolampadio & Hedione Capellanum egeris: an non calamitas fueris potentissimo & opulentissimo nobili? Nō plura dico: Quod magis funestum dissidium vnquam suscitatum est in Heluetiis, quàm per præceptorem tuum Zuinglium. Tuos ergo symmistes, clama calamitosos patriæ, non integerrimos principum consiliarios.

At verissimam ego adferam causam, cur ita furit contra principes Bucer: quia isto responso omnis dolus elusus est, & omnis fraus intercisa Buceri, qua nitebatur gloriosissimo Imperatori nostro Carolo, à Deo coronato, & omnibus ordinibus imperij imponere, vt aliquos articulos erroneos perfidiæ suæ lucraretur, & obtineret: At deo inspirante, & Catholicum animum in principibus conseruante illi, coruum deluserunt hiantem, & bolum eripuerunt è faucibus illius: Ideo nōn mirum si cruciatur, & denata charta optimos principes insectatur. Buceri dolus contra totum imperium.

Sed frustra conatur persuadere principibus, vt æqui faciant suam annotationem: Non enim scripsit, quæ ad gloriam Christi faciunt, & electorum salutem: sed ea expuit, quæ sunt in subuersionē fidei Catholicæ, ad cultus diuini, & gloriæ euacuationem, & hæresum ac errorū propagationem: quibus animicida, tot millia hominum perdere & damnare satagit, vt in examine nostro sole clarius ista ostendimus.

CATALOGVS PRINCIPVM Catholicorum.

ANtiqui serpentis astutia, semper fucum prætexit Bucer, vt simplicem plebem decipiat: in quem finem superius magno fastu suorū principū, tam absentium q̄ præsentium catalogum descripserat: & vt auctior numerus esset etiam Comites enumerauit, & Baronem vnum: at macre recenset Catholicos: Quos ex eo compertum habe Christiane Lector, quod Vuilhelmū à Furstenberg inscripsit pro suo, & Ludouicum ab Oetingen. Cur Comitem Fridericum à Furstenberg, & Comitē Martinum ab Oetingen veteris religionis obseruātissimos, præsentes tam suo quam aliorum Comitum & Baronum nomine, surda Bucer serpentinus.

aure præteriit? At voluit coram rudi & imprudenti plebe paruum numerum Catholicorum exhibere: Quod si etiã obtineret, sicut Deo sustinente suos, nunquam obtinebit,
Lucæ. 11 non tamen essemus animo deiectores à Christo consolati Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro vobis dare regnum: at exequamur quod promisimus.

PRINCIPES, ET STATVS CATHOLICI, adhærentes Imperiali Maiestati, ac recessui Augustensi.

IMperator Carolus, Rex Germaniæ, Castiliæ, Aragoniæ, Legionis Siciliæ, Nauarræ, Granatæ, Hierusalem, Valentiæ, Galliciæ, Maioricarum, Sardiniæ, Corsicæ, Neapoli, &c. Archidux Austriæ, dux Burgundiæ, Niuernæ, Loterichi, Brabantiæ, Hollandiæ, Limpurgi, Lutzelburgi, Geldriæ, &c. Comes Flandriæ, Arthesij, Palatinus Hannoniæ, Holandiæ, Seelandiæ, Namurci, Zutphaniæ, dominus Phrisiæ, Salini, & Melchliniæ, &c.

Gloriosissimus Princeps Ferdinandus, Rex Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ, Croaciæ & Dalmaciæ, infans Hispaniarum, &c. Archidux austriæ, Dux Slesiæ, Sueuiæ, Marchio Morauæ & Burgauæ, Comes Ciliæ, Goriciæ Hohburgi, Princeps Histriæ, &c. Maximilianus filius regis, Archidux Austriæ, Dux Carinthiæ, Stiriæ, Carniolæ & portus Naonis, Comes Tyrolis, Lantgrauius Alsatiæ, &c. Schelckingij, Tribergi, &c.

Reuerendissimus Cardinalis, Archiepiscopus Moguntinus & Madeburgen. Episcopus Halberstaten. primas Germaniæ, Marchio Brandenburgen. &c. Elector.

Reuerendissimus princeps D. Iohan. Ludouicus Archiepiscopus Treueren. Elector.

Reuerẽdissimus princeps D. Hermannus Archiepiscopus Colonien. Elector.

Ludouicus Comes Palatin⁹ Rheni, dux Bauariæ, elector.

Ioachimus Marchio Brandenburgen. Dux Stetinij, &c. Elector.

Ernestus Archiepiscopus Salisburgen. superioris & inferioris Bauariæ Dux. Christophorus Archiepiscopus Bremen. administrator Verden. Brunsuici Dux.

N. Archiepiscopus Bisantij.

Vual-

Vualtherus de Kronberg administrator magiſtratus Prutenici,& ſupremus militũ Marianorũ per Germaniã.
Vuigandus Epiſcopus Bambergen.
Chunradus Epiſcopus Herbipolen.
Mauricius Epiſcopus Eichſtetten.
Henricus Epiſcopus Vuormacien. & Friſingen. Comes Palatinus Rheni.
Philippus Epiſcopus Spiren.
Iohãnes Epiſcopus Meten.& Tulleñ.dux Lotharingiæ.
Vuilhelmus Argentin.Epiſcopus, Lantgrauius Alſatiæ.
Chriſtophorus Epiſcopus Auguſteñ.
Chriſtophorus Epiſcopus Brixinen.
Chriſtophorus Epiſcopus Tridentinus.
Chriſtophorus Epiſcopus Labacen.
Chriſtophorus Epiſcopus Secouien.
Iohannes Conſtantien.Epiſcopus.
Philippus Baſilien.Epiſcopus.
Vuolfgangus Epiſcopus Patauien.Comes à Salms.
Pangratius Ratiſponen.Epiſcopus.
Georgius Epiſcopus Leodien.Dux de Bullion.
Valentinus Hildeshaimen.Epiſcopus.
Adrianus Sedunen.Epiſcopus.
Franciſcus Epiſcopus Monaſterien.& Oſnaburgen.
N. Epiſcopus Traiecten.
N. Epiſcopus Curien.
Georgius Epiſcopus Razenburg & Libuſij.
Balthaſar Epiſcopus Lubecen.
Sigiſmundus Epiſcopus Merſeburgen.
Balthaſar Epiſcopus Vratislauien.
Georgius Epiſcopus Olmucen.
Antonius à Granuella Epiſcopus Atrebaten.
Fridericus Epiſcopus Viennenſis.
Georgius Epiſcopus Nouæ Ciuitatis.
Paulus Epiſcopus Tergeſtinus.
Iohannes Epiſcopus Miſnen.
Hieronymus Epiſcopus Kiemen.

ET EPISCOPI.

Minden.	Sleſuicen.
Padebornen.	Bardicen.cum aliis.

N Caminen.

Caminen.
Suerinen.
Tornacen.
Gebennæ.
Lofannæ.
Gurcen.
Leuanti.

Principes fæculares.

Fridericus Comes Palatinus & Bauariæ Dux.
Vuolfgangus frater eius.
Vuilhelmus Comes Palatinus Rheni. Superioris ac inferioris Bauariæ Dux.
Ludouicus Comes Palatinus Rheni. Superioris & inferioris Bauariæ Dux.
Otto Henricus.
Philippus. Fratres Co. Palatini, inferioris & fuperioris Bauariæ Duces.
Iohannes Co. Pala. Dux Bauariæ, Comes in Spanhaim.
Fridericus Dux eius filius.
Antonius Dux Lotharingiæ, & Bari Marchio Pontemonfon, & filius N.
Vuilhelmus Dux Iuliacen. Cleuen. & Bergen.
Henricus Dux Brunfuicen. & Lunemburgen.
Albertus Dux Megalepolen. dominus in Roftock, &c.
Carolus Dux Subaudiæ.
Chriftophorus Dux Vuirtenbergi.
Erneftus Marchio Baden. & Hachburgi.
Et nepos ex fratre Bernhardo.
N. Marchio de Seneta princeps Vrangiæ, comes in Naffau. Georgius.
Iohannes. Fratres Lantgrauij à Leuchtenberg.

Omitto Comites principales de Hēnenberg, Naffau. Anhalt, Comites & Barones de Montfort, Furftenberg, Oetigen, Hohenlock, Lupfen, Sulz, Zollern, Leiningen, Eberftain, Ortenberg, Liechtenftain, Reineck, Hanau, Helfenftain, Caftel, Mansfeld, Salm, Solms, Pitfch, Hagē, Peuthlingen, Meulingen, Tungen, Tibingen, de Gerolzeck, Dapiferos de Vualtburg. Rapalftain, Semperfrei de Limpurg, de Stauffen, Kingfeck, Falckēftain, Zimmern,

Stopheln, Tegenberg, Gundelfingen, Morſperg, de Scala Veroneum. Et alios innumeros mihi ignotos.

Ita de ciuitatibus ſe vehementer reddit ſuſpectum Bucer, cum plures ciuitates ferme omiſerit quàm numerauerit, Auguſtanum receſſum acceptantes, ſcilicet Buchhorn, Dortmund. Fridberg, Gminda Sueuiæ, Gelnhauſen, Kaufbeyrē, Leykirch, Milhauſium, Offenburgum, Rotuueilā, Tullum, Vuerdeam Sueuię, Vuimpinā, Vuezflariā, Vueilam ciuitatem, Zellum.

Inſuper inter ſuæ ſectæ oppida recenſet Bibracum, Dinckelſpiel, Goslariam, Gengen, Campodunum, Northauſium, Nerlingen, Gēgenbacum. Cum autem illa fidem dederint, ſe receſſui Auguſten. & diuo Imp. ac Catholicis principibus ſe adhæſuros. Non credo viros Germanos ſemper conſtantes & fidei obſeruantes, tam inſtabiles, vt à fide ſemel data, tam leuiter exciderint, & à domino eorum naturali, ac poteſtate eis à Deo data, imperatore glorioſiſſimo Carolo receſſerint, Addo quod Bucer⁹ miſcuit Zuinglianos Ludderanis: Quid enim Argentoratum, Auguſta, Conſtantia, Vlma, Meminga, Lindauia, Iſna, cōmune habent cum Nurmberga, Hala Sueuorum Hailbronna Madeburgo Gottinga & aliis Ludderanis ciuitatibus? Sed nolo eſſe hic Ariſtarchus aut Palemon.

APOLOGIA PRO SE. APO. LEGATO Gaſpare à Contarenis optimo viro.

DVm hæc velitarentur in Comiciis, & iam dolus Buceranus ſe aperiret, factum eſt, vt ad Cæſarem quoq; penetrarent, (cuius cor eſt in manu Dei) de articulis male & fraudulenter ac fucate conciliatis: Illius cōfeſſor ordinis Prædicatorij & eruditione & ſanctimonia vitę inſignis, Theologos vocauit imperiales viros in Theologia doctiſſimos Hiſpanos & Flandros: quibus difficultas negocij propoſita fuit, & ad Se. Apo. Legatū remiſſi: qui & alios viros oppido eruditos ad ſe vocauit, vt rem expenderent, & quorſum tēdebant laquei articulorū conciliatorū. Quam voluiſſem intereſſe huiuſmodi congregationibus, ſed tanta ęgritudine premebar, vt medici mihi non modo lectionem, ſed etiam ſpeculationem, aut meditationē ſubtilem interdicerent, cum membra mea ita eſſent languore

delaſſata, vt nec equo aut curru vehi poſſem, minus pedibus incedere: Ad hęc delatum eſt ad aures pientiſſimi patris Legati, vt Bucerus & ſui iubilarent, quoniam Cardinalem ipſum haberent pro ſe in articulis concordatis, ideo confeſtim tertiũ ſcriptũ diuo Impe. Carolo auguſtiſſimo, ac Catholicis principibus & ordinibus Imperij tranſmiſit, abunde ac aperte animi ſui ſententiam declarans.

SCRIPTVM LEGATI APOSTOLICI ad diuum Imp. ac ordines Imperij.

NOs Gaſpar, miſeratione diuina, Tituli ſanĉti Apollinaris, ſanĉtę Romãę Eccleſię presbyter, Cardinalis, Contarenus, Sanĉtiſſimi Domini noſtri Papę, & ſanĉtæ ſedis Apoſtolicæ, in partibus Germaniæ de latere Legatus. Poſtquam ſcripturã noſtrã, quam nuper in negocio religionis ſuper traĉtatum Colloquutorum à Cæſa. Maieſtate, in eadem religionis cauſa deputatorum, eidem Cæſ. Maieſtati obtulimus, variam à Principibus, & Statibus imperij interpretationem fieri intelleximus, quibuſdam ita interpretantibus, quaſi quoſdam articulos, quos quidam concordatos eſſe contendunt, acceptandos, & vſque ad futurum Concilium tolerandos, & ab omnibus ſeruandos eſſe voluerimus, aliis contra putantibus, nos totum hunc Colloquutorum traĉtatum, omniaque, quæ in ipſo aĉta, & quomodocunque diſputata ſunt, ad deciſionem ſummi Põtificis, & Apoſtolicæ ſedis in Concilio generali, & cæte. remiſiſſe. Nos, ne vlla in hac parte dubitatio relinquatur, ſed vt mens, & voluntas noſtra clare intelligatur, ſic mentem voluntatemq; noſtram declaramus, nihil in hoc toto negocio, per prędiĉtam noſtram ſcripturam quacunque ratione decidere aut quod aliqui articuli prædiĉti traĉtatus acceptentur, aut vſque ad futurum Concilium tolerarentur vel ſeruentur diffinire voluiſſe: ſicut nec adhuc quidem decidimus, aut diffinimus. Sed trãĉtatum prædiĉtum totum, omneſq; eiuſdem articulos ſummo Pontifici & Apoſtolicæ ſedi, in Concilio generali vel alio modo, vt in ſcriptura diximus, &c. diffiniendum remiſimus, quemadmodum & adhuc remittimus. Quam quidem ſententiam noſtram quemadmodum etiam Cæſ. Maieſtati ore declarauimus, ita nunc hoc ſcripto teſtamur, & confirmamus.

Ita

Ita est, G Cardinalis Contarenus Legatus scripsit.

AD hæc Bucerus cum suis spargebat famã, & iam sibi pollicebantur nationale Concilium à piissimo Augusto Imperatore Carolo impetratum, si non celebraretur generale Concilium, in quo Papa & sui, nullam de religione cognoscendi potestatem haberent: Prudentissimus D. Legatus, & fidei Catholicæ sanctæ affectus, pro iniuncto & debito officio suo monuit ordines imperij super ea re literis suis.

SCRIPTVM SE. APO. LEGATI AD ordines imperij de nationali concilio.

REuerendissimi & illustrissimi Domini, cum peruenerit ad aures nostras, quod in determinatione huius cõuentus Imperialis tractatæ cõtrouersię fidei remittãtur ad Conciliũ vniuersale, quod si celebrari non posset, tunc remittantur ad conciliũ nationale, &c. Animo perpẽdentes quàm magni præiudicij esset, si controuersiæ fidei remitterentur ad concilium vnius nationis, officij nostri putauimus esse, cõmonefacere dominationes vestras Reuerendas: & Illustriss. vt additio illa de concilio nationali omnino tollatur. Nam perspicuum est, in Nationali Cõcilio nullo pacto posse determinari controuersias fidei: cũ hoc concernat Statum vniuersalem Ecclesiæ. Et quicquid ibi determinaretur, esset nullum, irritum & inane. Quod si à dominationibus vestris Re. Illustriss. factũ fuerit, vt certe nobis persuademus, quemadmodum gratissimum erit sanctitati Pontificiæ, quæ caput est Ecclesiæ, & Conciliorum omnium, ita econtra erit ipsi molestissimum, si secus fieret. Nam clarum est maiores seditiones in cõtrouersiis religionis hoc pacto orituras esse, cum in aliis nationibus, tum in hac vestra nobilissima prouincia, hoc officium noluimus omittere, tum vt pareremus mandatis sanctitatis suæ, tum etiã, vt non deessemus officio personæ Legati nobis à sede Apostolica iniunctæ Ratisp. 26. Iulij

Paratissimus ad obsequia dominationum vestrarum reuerendissimarum, & illustrissimarum.

Gasparus Cardinalis Contarenus Legatus.

Ad hóc scriptum Legati, Ordines Imperij responderunt, vt sequitur.

Reuerendissime in Christo pater, sanctę Romanę Ecclesiæ Cardinalis, & sanctissimi Domini nostri Papæ à latere Legatus, Domine colendissime. Reuerēdissimi & Illustrissimi sacri Romani Imperij Electores, aliiq; Principes, & Status, ex scripto Reuerendissimę dominationis vestræ eisdē oblato, intellexerunt. Reueren. Do. vestrā petere, quod iidē principes & Status ex determinatione recessus huius Imperialis conuentus, qua tractarūt, vt si concilium vniuersale celebrari non posset, tunc controuersiæ fidei ad cōcilium nationale remittantur, illam additionem de concilio nationali omnino tollere: cum perspicuum sit, in nationali cōcilio nullo pacto posse determinari controuersias fidei. Et quicquid ibi determinaretur, esset nullum, &c. Prout hæc omnia in prætacto Reue. Dom. vestræ scripto plenius continentur, & explicantur. Ad quæ pręfati Principes, & Status Imperij respondent Re. Do. vestram promouēdo, & sanct. dominum nostrum Papam indicendo, & citra vlteriorem procrastinationem celebrando concilium vniuersale, facillime præcauere posse, ne subortas fidei, & religionis nostræ controuersias in cōcilio nationali tractari ac determinari oporteat, id quod omnes huius imperij status plurimum optant, & obnixe rogant, Sin autem concilium vniuersale toties pollicitum & iam à Re. D. nostra, iterum promissum, per sedem Apostolicam, ad effectum suum non fuerit deductum, euidens profecto huius imperij, & præsertim nationis Germanicæ necessitas expostulat, cōtrouersias istas in religione nostra excitatas, in concilio nationali, aut si nec hoc quidem congregari poterit, in alio imperiali conuentu præsente, tum, & hoc negotium dirigente aliquo Legato sedis Apostolicæ sufficientibus ad hoc eiusdē se. Apostolicæ facultatibus suffulto, concordari, ac diffiniri. Vt enim in tot tantisq; opinionum varietatibus hęrere, nedum periculosum, sed etiā intollerabile foret, ita econtra prędicti Principes & Status nihil vehementius exoptant, quàm illas controuersias, legitimo & debito modo ad concordiam Catholicam redigi, non diffidentes, quin Re. Dominatio vestra,

cam

eam ad rem suum quoque promotionis auxilium sit collocatura. Et sanctiss. Dominus noster pro debito pastoralis officij sui authoritatem suam interponere non sit recusaturus. Datum Ratispo. 26. Iulij Anno 41.

REPVLSIO EORVM QVAE BVCErus cum suis in Se. Apost. Legatum Impudenter scripsit.

ET si neminem dubitem futurum, qui hæc scripta Reuerēdissimi D. Legati Contareni legerit, modo candidi sit iudicij, & honestatis ac veræ religionis amans: qui nō probet illa esse docte, prudenter, ac catholice scripta tamen Bucero & suis non satisfaciunt: quia multum aceti habet in pectore, plus fellis & bilis, stomachum habet corruptum, palatum infectum, plenus ꝓbri, venerando seni multis modis, absq; vlla causa iniuriatur: Non possum me continere, quin pro veritate fidei asserenda, & mea in Se. Ap. obseruantia, (vtcunque sæpe diuexer à Curiæ Romanę sectatoribus,) respondeam illius conuiciis, sed breuissime.

OFFENSIO PRIMA.

QVia Reuerendissimus D. Legatus in primo scripto ad Cæsaream Maiestatem narrauit protestantes in nonnullis articulis discedere à communi consensu ecclesiæ Catholicæ: Insurgit Bucer contra hunc venerandum ac doctissimum patrem, nihil reueritus personam, cuius legationis munere fungitur, aut sedem Apostolicam: accusat eum, quod inique eos taxauerit, & suggillauerit iniqua criminatione.

Quia nec Legatus, vel quisquam alius vnquam euincet eorum doctrinam, à communi consensu ecclesiæ variare. 1.

Communis consensus non est is in quo iā cōsentiunt, qui Romano Pontifici parent: sed in quo omnes omniū sęculorū sancti ab initio vsq; ad finem mūdi, patriarchę, prophetæ, Apostoli, pastores & doctores consentiunt. 2.

Qui eadem de Deo ac domino nostro Iesu Christo, de eius ecclesia, Euangelio, sacramentis & disciplina sentimus, confitemur, docemus cum illis. 3.

Quæ reiecimus & correximus, eiusmodi sunt; vt sicut cum scripturis, ita & cum consensu illo ecclesiæ Catholicæ pugnant. 4.

REPELLVNTVR ILLA.

1\. QVod tam impudenter negat Bucer, neminem euiciſſe, eorum perfidam doctrinam variare à cõmuni conſenſu eccleſię: cum hoc doctiſſimi viri irrefragabiliter euicerint: & vt ex multis pauciſſimos numerē. Vbi reſpondiſtis Catharino, vel Corcyren. Epiſcopo Marcello, aut Alberto pio Carporum Principi, veſtra dogmata cõfutantibus in Italia? Vbi Hieronymo Emſero, vbi Dietenbergio vel Schazgero, Fabro vel Cochleo veſtra improbantibus in Germania? Vbi tela repuliſtis Iodoci Clithouei & almæ facultatis Theologicæ Academiæ Parrhiſien. in Gallia? Potuiſtis ne mutire verbũ aduerſus ſcripta Iohan. Epiſcopi Roffen. Guilhelmi Roſſei, ac Edoardi Poueli vos condemnantium in Anglia cum Academia Oxonien. Reſpondete adhuc ſi libet his quæ Alphonſus Zamoren. in Hiſpania cõtra vos aſſeruit & Alphonſus de Villa ſancta: Et ego qui cum paupercula æra minuta duo miſi in gazophylacium, ſcripſi & euici, contra errores veſtros in quibus diſſentitis à communi totius eccleſiæ Catholicæ conſenſu, de primatu Petri & Se. Apo. libros III. de ſacrificio Miſſæ libros III. De pœnitentia & eius partibus lib. IIII. De Purgatorio lib. IIII. De imaginib' nõ tollendis lib. vnum cum multis aliis: Vbi Endymionis ſomnum dormiuerunt Gigantes illi, terrę filij, ſi non fuerunt victi, cur non reſponderunt: Imo vbi eis monſtrantur contrarietates & contradictiones ſcriptorum ſuorum, magis muti ſunt quàm piſces, vt ad antilogias fabri, ad contradictiones ſ. admirati Fundling & tot ſepticipicia Cochlei.

Laus Deo & ſe. Ap. qui nobis Legatum dedit tanta eruditione inſignẽ, ſiue ſcholaſticos Theologos, aut eccleſiaſticos patres, aut ipſam Canonicam ſcripturam tractare voluerimus, potis eſt errores Buceri vincere, ſiue latino ideomate cum eo agant, aut ſi malint Græcam linguam.

2\. De ſecundo, præter omne decorum & rationem negãt eum eſſe communem conſenſum Eccleſiæ Catholicę, q eſt omnium qui parent Romano Pontifici, cũ à Chriſto paſſo omnes habiti ſint ſchiſmatici, qui illorũ conſenſum non ſequerentur: & totus orbis Chriſtianus, in his quæ ſunt fidei, Eccleſiam Romanã & Apoſtolicã veneratur & ſequitur.

tur. Sed diu delyrarunt sibi fingentes Ecclesiã occultã,& Mathematicam: Iam etiã sanctulos somniant occultos & ignotos, pastores & doctores Mathematicos, quos nemo vidit, consentientes per omnes ætates vsq; ad finẽ mũdi. At euidenter superius ostẽdimus Missam à Christo passo habitã ab omnibus sanctis pro sacrificio, & pro viuis & defunctis celebratam: Identidem de inuocatione sanctorũ deprimatur S. Petri & se. Ap. de cõfessione & satisfactione. Ne existens in sacerdotio matrimonium contrahat, de mutatione panis in Eucharistia, de votis maxime Monasticis, & aliis. Vt non possit nõ extreme temerarius esse, qui tot sæculorum & omnium ætatum sanctis per diametrum aduersatur, vt illi faciunt: Multis enim annis noluerunt sanctos doctores euocari in duellum contra se: Hoc vnum reboabãt, PATRES, PATRES pro nihilo illos ducẽtes: sicut eorũ Patriarcha Luther superbissime iactabat in disputatione Lipsica: citato per me Augustino, etiã si Mille Augustini hoc dicerent, ipse solus vellet eis repugnare. O luciferianam superbiam. Ludderani repulerunt sanctos patres. Luddercõtra Augu.

De tertio audet proponere Bucer omnium ætatũ sanctos eadem docuisse de Christo, ecclesia, sacramentis, &c. quæ ipse cum sectarijs suis docet. At veni huc sub ferulã Bucere, & ostende, quis sanctorum vnquam docuit, spiritũ Dei esse vicarium Christi in Ecclesia, non Papam: quod Bernæ in disputatione affirmauit tuus Haller, quem defendebas cõtra Alexium Grat. S. Dominici sacerdotem. Hoc autem non est Christianum, sed Macedonianum. Quis sanctorum vnquam docuit, quod tu asseris, humanitatem Christi omnino sicut alium sanctum, vere & natura hominem, non cogitasse semper, nec dixisse, nec voluisse, nec aduertisse omnia, vt quidem ex eo volũt facere hominem omnipotentem. Adfer sanctorum aliquem, qui te hanc docuerit impietatem, in iniuriam Christi saluatoris. S. Iohannes te hoc non docuit, qui inquit: Vidimus eum plenũ gratia & veritate. Nõ S. Paulus qui testatur omnes thesauros sapiẽtiæ & scientiæ abscõditos in illo. Nõ Isaias, qui de eo protestatur. Requiescet super eum spiritus sapientiæ, & intellectus: at Baptista teste, nõ dedit ei Deus spiritum ad mẽsuram, Si ergo dona spiritus sancti habuit Errores hæretici specialiter Buceri. Oblasphemiam. Ioh. 1 Col. 2 Isaiæ. 2 Iohan. 3.

non

non ad menſuram,ergo & ſapientiã:ſcit ergo omnia. Neque hanc impietatem didicit à S. Auguſtino, Fulgentio, vel Gregorio à magiſtro citatis in textu. Sed vnde impegerit,ex verbis ſuis capimus:quia ſicut benedicta humanitas Chriſti non omnipotens,ita non credidit eam eſſe omniſcientem: ſi vellet à Catholicis doceri,inueniret apud eos rationem diuerſitatis. Et ne quis arbitretur hunc errorem excidiſſe Bucero,ipſe illud reputat commentũ, Chri-
Super Lu. 4. ſtum in inſtanti conceptionis fuiſſe perfectum. At ſancti non dicunt hoc eſſe commentum,ſed propheticũ,quia re-
Hiere. 31. cte Hieremias dicat. Nouum faciet dominus ſuper terrã. Fœmina circundabit virũ:quia in vtero virginis Chriſtus perfectus vir extitit,non ſolum propter animã & carnem, ſed etiam propter ſapientiam & gratiam, qua plenus erat, vtcunque ſtomachentur veteres & noui hæretici.

Bucer nõ ſentit cũ ſanctis. Audes magno mẽdacio in ſpiritũ ſanctum aſſerere, te eadem ſentire & confiteri de Chriſto,quæ ſancti:ſed profer aliquem ſanctorum , qui negauerit Chriſtum reſurrexiſſe
Noui errores Buceri. clauſo ſepulchro, aut ad Apoſtolos ingreſſum clauſis ianuis,quæ tu pertinaciter negaſti Bernæ, vt in actis patet.
Aliter Matthæus ſcripſit. Angelum deſcendiſſe de cœ-
Matt. 28. lo,qui accedens reuoluit lapidem,& ſedit ſuper eũ: Chriſtus autẽ iã ſurrexerat,ſicut teſtatus eſt mulieribus. Surrexit,non eſt hic:niſi impietatem impietati addere velis, CHRISTVM eguiſſe auxilio angeli in amotione lapi-
Pſalm. 20 dis:cũ, teſte Dauid, aſcendens in cœlum exaltatus fuerit in virtute ſua:cur non potuit etiã reſurgere in virtute ſua:
Iohan. 20 Sic Iohãnes meminit. Cum ſero eſſet,& fores erant clauſæ,venit Ieſus, & ſtetit in medio eorum: Quid attinebat meminiſſe clauſuræ,ſi per illas Chriſtus nõ intraſſet? Ideo
Theophy praeclare ait Theophylactus. Clauſæ autem erant fores, vt oſtendat: quod ita ſurrexit ſuprapoſito lapide ſuper ſepulchrum: Ita natus eſt Chriſtus ex Maria virgine , non læſis clauſtris virginitatis , vtcunque impij aliqui noſtra tempeſtate non ſunt veriti virginitatem Mariæ inceſſere.

Impius error Buc. Si es probus Bucere,prodeas & oſtende,qui ſancti ſenſerunt & docuerunt, quod tu aſſeris, errorem in fide non nocere,modo quis credat,Chriſtũ nos ſaluos feciſſe & redemiſſe,ſicut tu docuiſti Bernæ:& pertinacius ſubinde di-

xiſti,

xisti, vt habetur in actis. Qui semel credidit, dominũ nostrum Iesum Christum eum redemisse, ille habet sigillum spiritussancti: & nunquã potest peccare ad mortem: Quos Christianos hic nobis creabis temerarios, omni flagitio plenos & sceleratos: quid boni facient, aut quæ mala omittent decepti huiusmodi doctrinæ pallio, quam à Iouiniano hausit non ab aliquo sanctorum Bucerus.

De quarto, affirmas te talia reiecisse cum tuis, quæ repugnent communi consensui ecclesiæ catholicæ hoc perperam à te dictũ, & rudis populi seductiuum, ex superioribus liquet: at vlcus tibi aperiam, vt sanies & purulẽtia effluat ex Herpeta tua. Non credis cum sanctis & amicis Dei, non eadem sentis: neque doces quæ illi electi docuerunt, neque ea repellis & reiicis, quæ homines Dei reiecerunt: sed illorum expetis consensum, omnium videlicet hæreticorum, quos tibi superius per digitos numeraui, scilicet Vigilantium, Iouinianum, Vuiclephum, Hussum, Berengarium, Vuilhelmum de sancto amore, Segnerellum, Marsilium de Padua, Albigen. pauperes de Lugduno, Catharos, Vualden. Heracleonitas, Aerianos, Pepucianos, Lamperianistas, Artocyritas, Donatistas, Ascitas, Quintillanos, Begardos, & alia portenta & monstra ab ecclesia catholica damnata, & præcisa Antichristi membra.

Impugnata à Bucero, sunt cõtra cõmunem consensum.

Præceptores Buce.

OFFENSIO SECVNDA.

PRudentissima & sancta fuit D. Legati admonitio ad Archiepiscopos & Episcopos, tamẽ offendit Bucerũ, à quo debebat ædificari: Ipso enim Bucero referente admonitio Legati in eo fuit tota, vt temperarẽt luxũ, promouerent studia literarum, fouerent literatos, præficerent ecclesiis idoneos. Si micam honestatis in se habet Bucer, nihil est hic quod eũ possit offendere, nisi ꝓpria malitia. Tamen inuenit aliqua quæ mordeat.

Honestissima proposuit D. Legatus.

Quia de neglectu & vitiis doctrinæ, nihil dixerit. 1.
De neglectu disciplinæ & cæremoniarum, nihil. 2.
De manifestis superstitionibus, & impietatibus nihil. 3.
Quæ admittuntur in cultu & cauponatione Missarum, diuorum, ossium, imaginum, ac statuarum venditarum sub diuorum nominibus, nihil. 4.
De manifesta Simonia, impioque ambitu, nihil. 5.

6. Inter argumenta mouentia, erant præcipua, quæ à iudicio vulgi & æmulatione sectariorum ducebat.

REPELLVNTVR ILLA.

HOc solum prefabor, R.D. Legatū non instituisse hic Synodū, vt canonibus omnia vicia cleri reprimeret: sed exhortationem duntaxat fecit, admonens Episcopos ea facere, quæ debēt. Vnde ea quæ dicit Legatū in admonitione ꝓposuisse, eiusmodi sunt, q̄ nemo bonus car
Momus pere potest: nisi vt tetricus & inuidiosus Momus, dū vene-
Bucerus. rem culpare non posset, sandalium reprehēdit: sed videamus, in quibus offensus est Bucer à pientissimo Legato.

1. Quia nihil egit de vicijs doctrinæ in Episcopis, nimirum illi erant catholici & obedientes filij se. ap. Petri fidē & cathedram sequentes: si vobiscum egisset, nouisset pro sua prudentia, quid facto opus fuisset.

2. Disciplinam non fuisse neglectam à Legato iam in fine sole clarius ostendimus.

3. Superstitiones quas apostata appellat & impietates, nō dubitamus à Deo approbari veram religionem & pietatē.

4. Identidem iudicandū, quia biliosus vitiligator impro
Matth. 9 bat munia, & officia religionis nostræ sanctæ, cū ipse prophanus & sacrilegus ab omni sanctitate sit alienissimus: Si fimbria Christi tactu attulit mulieri sanitatem, cur nō ossa, & reliquias sanctorū veneraremur, cum ad contactū
4. Reg. 13 etiam ossium Helisei mortuus reuixerit. Cauponationem missarū exprobrat, verbo mire odioso. Cū pauper sacerdos de viginti missis florenū accipit Rhenensem pro sustéta-
1. Cor. 9 tione vitæ suæ, nundinatur, cauponatur: at si Lutheranus prædicans verbum Dei accipit trecentos, quadringentos florenos in auro, illi nō nundinantur, si vobis spiritualia seminamus, ex apostolo se excusant, cur non tēporalia meteremus, recte quidem, nec ego improbo, sed quod vobis estis tam indulgentes, & pauperibus sacerdotibus tam iniqui, hoc est quod reprehendo: cū continēter in eodē loco
2. Cor. 9 legunt apud Paulum: Nescitis, quoniā qui in sacrario opeṙatur, quæ de sacrario sunt edunt, & qui altario deseruiūt, cum altario participāt. Profecto mihi stomachū mouent aliquando præpositi pingues, & præbēdosi canonici, quādo suggillant pauperes sacerdotes celebrantes pro paucis nummis

nummis missas, cum ipsi nunquam vel raro celebrent, aut non sunt sacerdotes, vtinam pensum horarum canonicarũ persoluerent, & tamen vberes habent prouentus, ac lautissime viuunt de patrimonio crucifixi, in quo alium iudicas, teipsum condemnas ait Paulus. Roma. 2

De manifesta simonia, cum viciũ sit illud omnibus notũ, quid erat necesse multa verba iactare, non erat institutum prudentissimi domini Legati, synodum celebrare cũ præsentibus Episcopis, sed paterne ex officio admonere. 5.

Decet perorãtem ea sumere, quibus mouere possit auditorum animos, vt in Euangelijs videmus, quàm humiles attulit parabolas Christus, quàm sæpe ab æmulatione vrget auditores de Niniuitis, de regina Saba, Simonẽ increpauit ab æmulatione Magdalenæ, Iudæos ab æmulatione gentilium vt de leproso. 6.

ALIA REPVLSIO OFFENSIONIS.

Etsi sufficiat, & sufficere debeat cuiq; cordato viro, q̃ attulimus in defensionẽ amplissimi, & oppido venerãdi D. Legati: at tanto artificio exhortationẽ proposuit, vt nullo egeat aduocato: Res ipsa loquitur omnibus nobis tacentibus. Nã captata primũ beneuolẽtia, mox hortatur eos ad honestã viuendi rationem, vt fideles dispẽsatores inueniãtur & pastores: hortatur scãdala vitari voluptatis, auaritiæ, ambitionis & luxus, cum epularum, cũ vestiũ & apparatuũ. Nonne hoc est absolute & rotunde explicasse, ea quæ concernebãt personas ipsas episcoporum. Sũmariũ admonitionis legati. 1. Prælati.

De familia vero monet vt honesta cõparetur, vnde populus ædificetur: alioquin populus iudicat Episcopum ex moribus familiæ: Et hoc quidem prudẽter & recte dictũ. 2. Familia.

Curam subditorum ita eis iniungit, vt in locis vbi habitant prouideant si quid hæresis obrepat, cõfestim medeantur: In alijs locis faciant per exploratores. (Hoc est quod punxit Bucerum & suos.) Tertio visitent sæpe diocœses, & quarto vt curent vigere cultum diuinum in ecclesijs, & quinto vt beneficia probis & idoneis conferantur: Quid Zoilus ad hæc sancta monita obijcere poterit. Modo postquam egit de personis transit ad res. 3. Subditi.

Hortatur vt redditus episcopales non in luxum & ad pompam expendantur, sed pauperes foueantur, & necessitatibus eccles. 4. Redditus

tatibus humanis ſubueniantur: Quid ſalubrius de externis dicere potuit?

5. De prædicatoribus monuit, vt probi & docti, potentes verbo & exemplo comparentur, qui non ſint contentioſi, ſed videantur potius amare, quàm odire etiam aduerſarios,& eorum optare ſalutem:& quid prudentius cōſulendum quis exiſtimat?

Prædicatores.

6. De iuuentute inſtituenda monet deligēdos magni nominis præceptores catholicos quorum fama allecti ſcholaſtici turmatim aduolent,& cū bonis literis,catholica quoque doctrina imbuantur: Epiſcopi quoque parentes moneāt,ne liberos ſuos ad gymnaſia mittāt, vbi religio Chriſtiana & catholica non obſeruetur: Profecto nihil video quod hic iure reprehendi poſſit:cum tanta cura Philippus Macedo de præceptore filio ſuo Alexandro proſpexerit.

Iuuentus.

Plutarch⁹ Gellius.

7. Concludit breuiſſime & elegantiſſime,vt liquet legenti finem ſcripti.

OFFENSIO TERTIA.

BVcer ſub nomine Melanchtonis reſponſum affert, quod ſiue ſit Melanchtonis,(qui ſolet tamen eſſe mitioris ingenij,)ſiue ex Buceri officina prodierit,parui facio:hæc autem eum,licet immerito, offendunt in ſcriptis primo & ſecundo legati pontificij.

1. Eramus in bona ſpe, Contarenum collaturum authoritatem ſuam ad propagandam veritatem, ſed cenſura ipſius de libro & noſtris articulis, non reſpondet expectationi noſtræ.

2. Lædimur ab eo, cum nihil profiteamur, quod pugnet cum ſanis iudicijs piorum in eccleſia Chriſti: Imo loci aliquot per noſtros pie illuſtrati ſunt, & tamen in cenſura dicit,nos diſſentire à communi conſenſu eccleſiæ.

3. Iubet Epiſcopos aduigilare, vt doctrinam noſtrā deleant, cum noſtri reprehenderint errores vagatos in eccleſia, qui non poſſunt dici conſenſus eccleſiæ catholicæ.

4. Quia ſparſi ſunt cōtra Euangeliū, quibus authoritatē addiderunt magnorū hominū & multitudinis exempla,& diuturnitas temporis,cū tamen conſenſus eccleſiæ catholicæ ſit in prophetis & apoſtolicis ſcriptis & ſententiis.

5. Scit Contarenus qui ſint eccleſiæ morbi, in miſſis, in

inuoca-

inuocatione sanctorum,in cœlibatu,quia populus non recte docetur de pœnitentia, de fide seu fiducia in Christū: Videt monasteria, Canones recentiores plenos superstitionum,Theologiam Monachorum esse dilutam ac veteri dissimilem: In his abusibus à multitudine dissentimus, sed à consensu ecclesiæ catholicæ non discedimus.

Quia non desperat concordiam,sciat nos non receptu ros errores quos taxamus,quos ipsi noua asperitate defen dunt,cum multi sint interfecti pij homines & docti propter hanc doctrinam.Quam sæuiciā confirmat Contarenus,dum iubet Episcopos cauere, ne hæc labes irrepat in diocœses, sed medicinam adhibeant scilicet vstiones & neces:quæ remedia noua sunt in ecclesia. 6.

Quæ non deberent probari ab eo, qui vult perhiberi author pacis:sed Episcopi retinerent facile authoritatem suam,si emendatis abusibus, consulerent piis conscientiis mansuetudine. 7.

REPVLSIO OFFENSIONIS.

EX his quæ respondimus ad offensionem primam, etiā huic satisfactum est, at intuere catholice lector quàm vere dixerit Ambrosius. Hæreticorum quidem patientiam fingere solent, quamuis à catholico non possint audire aliquid asperum,vt commēdent sua praua colloquia. Pientissima D. Legatus egit cum Reuerēdissimis Archiepiscopis & Episcopis nomine S.D.N. Id quod sui fuerat officij: Si prorsus tacuisset,iterum fuissent conquesti se.ap. ac legatos eius nihil agere pro bono regimine ecclesiæ. At cum is egit, & prudenter & commode, displicet Neochristianis,cum paucis & mitibus verbis eos attigerit,quia dissentiant à consensu ecclesiæ,toti sunt in furiis. De Melanchtonis epistola nihil comperti habeo: Is qui in medium eam protulit,Bucerus,respondeat. Super epistola ad Timot.

Recte sperastis de optimo viro,qui & pro officio suo laborauit veritatem propagare & non defuit expectationi vestræ,sed vobismetipsis,qui oblatum Euangelij solem recipere noluistis,& dilexistis magis tenebras errorum vestrorum,quàm lumen veritatis in ecclesia accensum. 1. Iohan.3

Lædimini nō ab innocuo Legato, sed à vestra malitia qua pertinacius adhæretis erroribus ante tot sæcula,& ali 2.

quot

quot centenis annis condemnatis, vos autem pugnare cũ piis & à catholica ecclesia dissidere: aperte superius euicimus: Vana est arrogantia & cassa nuce inanior, aliquos locos doctrinæ per vos illustratos, cum tot tenebras errorũ offuderitis, quibus & vos cæci, & multos cæcos vobiscum
Marci.13. fecistis, sed impletis quæ Christus prædixit. Surgẽt enim pseudoprophetæ, qui dicent: Ecce hic est Christus, aut illic nobis nebulas, caligines, & tenebras pro luce ostendẽtes, at monuit nos Christus, nolite credere. Vere autem dixit ampliss. D. Legatus, vos discedere à communi consensu ecclesiæ, de quo mox plura.

3\. Adhortatus est Legatus Episcopos, vt præuideant si quid labis huius obrepserit. Sancte & salubriter monuit,
Super epistola ad Gala. quia hæresibus celeriter est obuiandũ, vt B. Hiero. admonet: Arrius parua scintilla fuit in Alexãdria, sed quia nõ statim oppressa est totum orbẽ populata est. Vnde pius & doctissimus pater Legatus secutus est B. Paulũ, qui voca-
Acto.20 uit maiores natu ecclesiæ apud Ephesum admonuit eos. Attẽdite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritussanctus posuit Episcopos regere ecclesiã dei, quàm acquisiuit sanguine suo: Ego scio, quoniã intrabunt post discessionẽ meã lupi rapaces in vos, nõ parcẽtes gregi. Et ex vobis ipsis exurgẽt viri loquẽtes peruersa, vt adducant discipulos post se. Ausculta Bucere, an nõ hic te Paulus & tui similes suis pinxerit coloribus. Neque releuat quod adiecisti reprobatos errores. Vtinã reprobasses, sed tu sepultos cineres errorũ reuocasti, fodisti veteres cisternas hæreticorũ:
Hiere.2 quæ aquas cõtinere non possunt, & audes vẽditare pro veritate, cũ nulla vnquam hæresis surrexerit, quę tot errores suscitarit & inuexit, sicut illa Lutherana. Vt de vinea sua
Psalm.79 dominus De⁹ Sabaoth cõqueritur. Exterminauit eã aper de sylua, & singularis ferus depastus est eã, quod etsi primarie aper Mahometũ significet, & singularis ferus Antichristũ, tamẽ cũ omnes hæretici sint mẽbra Antichristi
Luther. & eius præcursores, recte Luther singularis ferus dicitur, singularis per tumidã superbiã, ferus per sęuã crudelitatẽ, quãdo scripsit & hortat⁹ est Germanos, aut lauẽt man⁹ in sanguine Romanorũ, & quãdo p eũ seductis rusticis & iã victis dedit indulgentias nobilibus trucidãtibus rusticos.

Quos

Quos dixit Bucer errores vagatos in ecclesia, sparsi sint contra Euangelium. Hoc est peculiare hæreticis omnibus, vt figmenta sua ex Euangelio colorare nitantur ait Aug. super Iohannem, & in lib. 83. q. 69. Hæreticis non potest suboriri palliatus error nomine Christiano, nisi de scripturis male intellectis. Et ideo Origenem supra induximus, & nouum testamentum suam habere literam occidentem: Occidit olim Arrium, Nestorium, Eutycen, &c. Iam occidit Baldasarem Anabaptistam, Luderum, Zuinglium, Bucerũ, Hosandrum. Ideo Hierony. inquit, omnia loca Euãgelij, hæreticis sunt plena scandalis. At supra satis ostendimus fidẽ per orbem terrarũ diffusam, in Ecclesia catholica conuenire cum Euangelio & Canonicis scripturis. 4. Hierony.

Quod fatetur nostris datã authoritatem à magnis hominibus, ac à multitudine, & diuturnitate temporis. Recte equidem, quia Christus non pateretur sponsam suam ecclesiam, sanguine suo partam & mundatam neuis errorum tanto tempore maculari: qui synagogam vix LXX. annis permisit in captiuitate corporea, quãto minus Christus siuit ecclesiam suam in captiuitate diaboli & errorum mille annis & amplius, vt superius credita ab ecclesia mõstrauimus: Diuturnitas ergo tẽporis probat veritatẽ articulorum Ecclesiæ, cũ qua Christus promisit se permansurũ vsque ad cõsummationem sæculi: Recte etiã fateris Bucere, authoritatem magnorũ hominũ, & multitudinis conferre authoritatẽ nostris articulis, quia habemus Apostolos & apostolicos viros authores, sanctos, martyres, & Põtifices, ecclesiæ luminaria vniuersum orbẽ illustrãtia, sanctos doctores: Non enim ecclesia in angustias cogẽda est, & cryptas hæreticorũ, & paruos angulos terræ, sed dilatata est, diffusa est, vltra angustias synagogæ, vt tã sæpe probat Augustinus contra Donatistas, qui insaniebãt, in sola Aphrica esse ecclesiã, & vt pulchre ait August. cõtra Crescouium grammaticum. Ecclesia diffunditur per orbẽ terræ non hæreses, & postea increpat eos, Cohibeant se frumentorum per totum mundum tanta vbertate impij deserlores: & non audeant de quorundam zizaniorum separatorum paucitate gloriari: A latitudine ecclesiæ subtrahũt se pauci Donatistæ, etiam inter se diuisi, hoc enim habent 4. Re. vl. Matth. vl. Ecclesiæ latitudo. Li. 3. cap. 64.

hæretici, vt inter se sint diuisi, ait Hiero. sicut & hodie Luderani inter se sunt diuisi: ausim sanctè iurare Zuinglianarum ciuitatum cum Ludderanis Principibus & oppidis solum simulatam esse concordiam.

Cõsensus in libris.

Perperam & hoc allatum, cõsensum Catholicæ Ecclesiç consistere in Propheticis & Apostolicis scriptis: Antiquus serpens nouum ouum excubauit: quis vnquam ita locutus est? Non est consensus hominum viuentium in Ecclesia militante, & tu nos ad mortuas pelles, ad atramentũ remittis, & literam. Rectius dixisses: Scripta Canonica dirigunt & instruunt, quis debeat esse communis consensus Ecclesiæ Catholicæ, quia ea quæ in voce consistunt, signa sunt affectuum qui in anima sunt: Et ea quæ scribuntur notæ sunt eorum quæ in voce consistunt, ait Aristot. Et Augustinus inquit, inuẽtæ sunt etiam literæ, per quas possemus & cum absentibus loqui: sed ista signa sunt vocum, cum ipsæ voces in sermone nostro earum quas cogitamus signa sint rerum.

Lib. 1. Periher.

Lib. 15. de Tri. c. 10

5. Quinto adfert morbos Ecclesiæ: At maxime fallitur, sicut infirmi qui habent infectum gustum, quicquid accipiunt etiam integri & boni saporis iudicant insipidum: sic Bucero euenit infirmo in fide Catholica, & infecti gustus doctrinç. Iudicat insipida quç sunt optimi gustus, hoc est, salutares & Christianas doctrinas, de Missa, de diuis: Et rectè docetur populus de pœnitentia, de fide, sicut Monasteria fuerunt pietate plena, quæ ad vẽtum Aquilonarem vnde pãditur omne malum, vel sunt euacuata, vel in prophanos vsus mutata, vel nonnis plena, quæ primam fidem irritam fecerunt. Porro Theologia monastica fuit vera, certa, veritatis fidei explicatrix. Vt Bedæ, Rabani, Haymonis, Bernhardi, vtriusque Hugonis, Lanfranci, Algeri, Anshelmi, Bonauenturæ, Ales, Alberti Lyræ, sancti Thomæ, quibus multi hæretici victi, ac hæreses extirpatæ fuerunt: Recentiores Theologi plusculum Philosophiæ admiscuerunt salua fidei integritate: Fuerunt & sæculares Theologi expositores sacræ scripturç fidissimi, Petrus Lõgobardus magister sententiarũ dictus, Henricus de Gandauo, Guil. Altisiodoren. Vuilhel. Parrhisien. Petrus Alliacen. Ioh. Gerson, Hainric⁹ Gorcheim, Hen. de Hassia,

Hierem. 1

1. Tim. 5.

Monachi docti.

Sæculares docti.

Oita,

Oita, Nicolaus Dinckelspiel, Armacanus, Nicolaus Cusanus, Kempis, Bruno Herbipolen. Iohã. & Franciscus Pici, Summerhardus, Clithoueus, Hadrianus Papa, Natalis Beda, Ioh. Roffen. Hieronymus Emser, Ioh, Fabri. Ioh. Maioris, Vuimpina, Ioh. Cochleus & alij. Quorum nullus Theologiam ita diluit, sicut vos Neochristiani, cũ Pickardicis, Vuikleficis, Hussiticis glossis & expositionib⁹.

Ex charitate & nimia mansuetudine incomparabilis 5.
ille vir Legatus Põtificius persuasit sibi meliora de Bucero & sociis, futurum, scilicet, vt aliquando resipiscerent: at si ista mecum contulisset, admonuissem eum de S. Paulo, qui optime nouit hæreticorum obstinationem. Hæreticũ hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Quod hic experimur in Bucero, qui errori addit obdurationem, & pertinaciam mentis, obiiciens legato se nõ recepturũ errores quos taxauerit. Vitandus ergo est secundum Paulum, & suo iudicio relinquendus, vnde condẽnabitur. Est enim hæresis peccatum in spiritum sanctum, dum agnitã impugnat veritatẽ: Bucer, Blarer, Hosander. Luther, &c. nobiscũ in Ecclesia enutriti sunt & edocti: illa crediderunt à pueritia quæ nos modo credimus: & non solum crediderunt, sed etiam multis annis docuerunt: orto autem sibilo & vento antiqui serpentis, superbiæ scilicet, & inuidiæ carnalitatis, veritatem illam agnitam, creditam, & ab eis prædicatam, omni conatu, manibus & pedibus impugnant.

(Tit. 3)

(Hæretici agnitã veritatẽ impugnant.)

CHRISTIANOS PRINCIPES NON vti noua asperitate in puniendis hæreticis.

Offendit Bucerũ, quòd plures à magistratu interfecti sint sectarij eorũ: licet hoc remittere possem ad magistratus, qui facilẽ factorũ suorũ redderent rationem, vt de Augustinianis Bruxellis, Ludouico Berquin, cum sociis & Rotomagẽ. in Gallia, Roberto & sociis in Anglia, Tauber, Viennę, Keser, Hugelin, Mesberbi, Kesleri in Suicia, Baldasaro Parabaptista in Austria, Iohanne Vuassenburgen. Iohanne Iacobo in Leiphaim, Teuschelin Rotemburgi, Cambodunensi prope Leiikirchium, Scholastico Memmingen. Thoma Mintzero, Andrea Kretzio,

& N. Eluuacen. Tillingæ, cũ aliis pluribus pertinacibus: At quia coram laicis conqueruntur de iniustitia & vi eis illata: volo plura super ea re dicere.

Exod. 22. Et primo quidẽ nõ recipitur, quòd ait pios esse interfe ctos, fuerũt enim impij, desertores Ecclesiæ, hæretici, potestati sublimiori inobedientes, rebelles ac seditiosi: Ideo meritas impietatis pœnas sustinuerunt. Non patiaris maleficos viuere super terrã: Quod autem Bucer eos pios dicit, more hæreticorum facit. Nam qui hæretici vnquã fuerunt, qui non viderentur sibi orthodoxi, & Catholicos cri minarentur hæreticos? Sic fecerunt Marcionitæ, sic Valentiniani, & Donatistæ se solos in Ecclesia esse iactabãt. Et Arriani nostros calumniabãtur peruersores scripturarum: Sic pios appellas tuos sectarios, & doctrinam eorum piam, (prætexunt hæretici pietatem, cum sint animarũ sæuissimi interfectores.) Catholicos autem tã sæpe in farragine conuiciorũ tuorum dicis impios, & Catholicam nostrorum doctrinam, non vereris impietatem vocare. At vę Esaias imprecatur iis, qui dicunt bonũ malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem.

Combusti fuerũt impij.

Marcionitæ.

Donatistę

Esaiæ. 5.

II. Addis Episcopos noua asperitate vti contra istos pios tuos, puta quia exuruntur & occidũtur. At quomodo nouam audes appellare? cum etiam in veteri fuerit obseruata testamento. Sic enim ait dominus, si surrexerit in medio tui Propheta, aut qui somnium se vidisse dicat, & prędixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamꝰ & sequamur deos alienos, quos ignoramus, & seruiamus eis, non audies verba Prophetæ illius aut somniatoris, quia tentat vos dominus Deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non, in toto corde, & in tota anima vestra. Propheta autem ille, aut fictor somniorum interficietur: quia locutus est, vt vos auerteret à domino Deo vestro. Causa ergo interfectionis Pseudo prophetæ est, quia locutus est, vt auerteret eos à Deo. Eadem intentio & scopus est hæreticis subuertendi plebem: nam sybilus hæreticorum ait beatuş Hieronymus, irremo diabiliter mentes auditorum vulnerat.

Deut. 15.

Hæretici cõburãtur

Hierony.

Deut. 17. Et infra. Qui superbierit nolẽs obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto

creto iudicis moriatur,& auferas malum de Israel:tale crimen est hæretici,erigit se contra totam Ecclesiam per superbiam, & non obedit summo sacerdoti: Moriatur ergo decreto iudicis. Et pondera quod textus dicit.

Si difficile & ambiguũ apud te iudiciũ esse ꝑspexeris, &c. In ambiguo nolẽtem obedire sacerdoti, iubet occidi, quãto magis in re certa & explorata,sicut est in hæresibus ante D.C.annos,ante M. ante M. & CC.annos dãnatis? Deut.15.

Simile postea præcepit. Propheta qui arrogantia deprauatus, voluerit loqui in nomine meo, quæ ego nõ præcepi illi vt diceret,aut ex nomine alienorum Deorum,interficietur. Educ blasphemum extra castra,& lapidet eum Leuit.24. omnis populus. Et cur non hæreticum,qui impietate vincit blasphemum?

Sed diceret Bucerus, hæc in vete.testa. sed noua sunt III. in Ecclesia, quæ antiquitus excõmunicabat hæreticos, & Obiectio pro Ethnicis & Publicanis habebat. Et Paulus vitandum nes hæreti dicit hæreticũ,nõ comburendũ. Paulus quoque denũciat, corum. vt subtrahamus nos ab omni fratre inordinate ambulãte, Matth. 18 dicit subtrahatis, nõ occidatis. Et S. Iohannes prohibet, Tit.3. ne aue ei dicamus. Romanis quoque præcipit,vt declinent 2.Thes.3. ab his qui dissensiones faciunt. In quibus omnibus non 2.Iohã.1. discunt Episcopi & Monachi occidere & mactare hæreti- Roma.16 cos,nec inuocare brachium sæculare contra hæreticos.

Neque Principes hac asperitate vsi sunt ab initio,quia Theodosius maior decem libris auri mulctauit hæreticos testatus Augustinus ad Bonifaciũ. In C.L. Manichæos, Cap.17. omnium bonorum publicatione hæreticos persequitur. Et 23.q.4.Ip Arriani in exilium pulsi sunt testatur tripartita & Eccle- sa pietas. siastica historia , non autem occisi: & Augustinus noluit August. hæreticos occidi,& in consilio obtinuit.

At ei respondeo,ex eodem Augustino. Cogũt multas IIII. inuenire medicinas, multorum experimenta morborum: Cap.26. Ideo etsi mitioribus pœnis tentati sint hæretici, vt emẽda Hæreticorentur:at quia experientia docuit illas pœnas non mede- rũ pœnæ. ri huic morbo,nec vllum profuit remedium, quandiu su- Ambrosi⁹ perstes mãsit hæreticus. Ideo maiori sæueritate fuit opus, ex Enchi- & hæreticos per supplicium mortis auferre. ridio.

Vnde Theodosius A. Et Valẽtinianus Cæsar Florẽ- V.

L. Arriani. C. de hære. L. quicunque eo. tio Pp. ſcripſerunt. Manichæi nuſquã in ſolo Romano cõ ueniendi morãdique habeãt facultatẽ, Manichæis etiã de ciuitatibus expellendis, & vltimo ſupplicio tradẽdis, &c.

Sic Imperat. Valẽtinianus & Marcianus ſanciuerũt, vt adeuntes diſcendi ſtudio, vt de infauſta hæreſi diſputantes audiant, decem librarum auri iubemus ſubire diſpendium. Vltimo autem ſupplicio coerceantur, qui illicita docere præſumpſerint. Noli ergo dicere nouam hanc eſſe ſęueritatem in Eccleſia: cum Valentinianus illam decreuerit ante mille & centum annos. Diſcipuli Doctores

VI. Li. 3. cap. 41. & ſeq. Porro idem S. Auguſtinus contra Creſconium grammaticum fortiorem adfert cauſam, quæ frangat caput tuũ Bucere, quia hanc ſæuiciam hæretici primi incœperunt, non Catholici. Nam Donatiſtæ exercebant cædes, rapinas, incendia & cæcitates in Catholicos, quos dicit peiores prædonibus & latronibus, quia armati, nocturno tẽpore domos clericorum & Catholicorum diripiebant, & ferro conciſos abiecerint ſemiuiuos, calcem quoque mixto aceto aliquorum oculis infunderent. O immanitatẽ hæreticam, Narrat crudelitates hæreticorum in Seruum Epiſcopum Chubur ſuccubuere & in Maximianũ Vagaien. Epiſcopum, de quo ait. Viuit adhuc, & plures in corpore cicatrices, quam membra numerat, repetit de Maximiano ad Bonifacium cap. 18. Non ergo noua eſt iſta ſæueritas in Eccleſia, quam hæretici primi incœperunt. Et ad Bonifacium cap. 19 Cap. 43

VII. Cap. 63 Auguſt. Quid ſi Reuerẽdiſſimus D. Legatus pro ſua eruditione & Deo amabiles ſacerdotes adferrent tibi reſpõſum B. Auguſtini. Perſecutores veſtros nos dicitis, cum ſaluos fieri cupientes, veſtraque ſanari volentes vulnera, medicinaliter perſequamur: Vnde à clericis & circumcellionibus veſtris, tanquã dẽtibus & calcibus veſtris, grauiter dũ vos curamus, affligimur. Hanc medicinã etiã docuit B. Hieronymus, Reſecandæ ſunt, inquit, putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à caulis repellẽda, ne tota domus, maſſa, corpus & pecora ardeãt, aut corrumpantur, putreſcãt, intereãt. Et alibi, quæ eſt iſta miſericordia, vni parcere, & omnes in diſcrimẽ adducere, de hoc quoque pulchre Auguſtinus diſſerit contra ſecundam epiſtolam Gaudentij, Hæreticorum conuerſio non mors deſideratur: & contra Creſconium gram- Hierony. ſup Gal. 5 Ca. 3. Au. Lib. 4. ca. 51.

grammaticum euincit hęreticos vtiliter à Catholicis persequi. Non enim possunt hæretici orare ad deum cũ David, iniuste persecuti sunt me, adiuua me, quia iuste Catholici affligunt & persequuntur hæreticos, sicut Sara ancillã Aegyptiã, vt Augustinus super Iohanne pulchre inducit. Gene.21 Tract.11.

Adhuc forte obiiciet obstinatus Bucer, quia Apostoli nec fecerint, nec docuerint vt fiat. Inuocatio brachij secularis: neque conueniat cum mitissima lege Euangelica, neque cum scriptis Paulinis, aut aliis sacræ scripturæ locis? At falleris Bucere, friuolæ hæ obiectiones diu per sanctos patres discussæ sunt, & præcipue ab Augustino hæreticorum malleo in pluribus locis. Sic enim ait ad Bonifacium. Quod enim dicunt, qui contra suas impietates leges iustas nolunt, non petiisse à regibus terrę Apostolos talia, non considerant aliud fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc crediderat in Christum Imperator, qui ei pro pietate, contra impietatem, leges ferendo seruiret, quando adhuc illud Propheticum implebatur, quare fremuerunt gentes. Nondum autem agebatur quod in eodem Psalmo dicitur. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite domino in timore. Quomodo ergo reges domino seruiunt in timore, nisi ea quæ contra iussum domini fiunt religiosa seueritate prohibendo atque plectendo, sicut seruiuit Ezechias, sicut Iosias, sicut rex Niniuitarum, vniuersam ciuitatem ad placandum dominum compellendo, sicut seruiuit Darius, sicut Nabuchodonosor prohibens omnibus in regno suo, ne blasphemarent Deum. Cum itaque nondum reges domino seruirent temporibus Apostolorũ, sed adhuc meditarentur inania aduersus eum & Christum eius, non poterant tunc impietates legibus prohiberi. Ergo quod non fuit petitum ab Apostolis, non est omissum, quia hæretici non mererentur, sed quia gladius gentilium Principum nondum seruiebat Euangelio. At Constantinum baptizatum mox implorabant Catholici: cuius opera Concilium Nicænum coactum est contra Arrium.

VIII. Cap. 13. August. Tempore Apostolorũ gladius nõ seruiebat euangelio. Psalm.2 4.Re.25. 4.Re.22. Dan.14 Dan.5.

Et hoc quoque obijciunt, sæuiciã in hęreticos non cõuenire cum sacris literis & Paulo. Sed contrariũ est manifeste verum, nam Saphyra & Ananias à principio nascẽ

Acto.5. tis Ecclesiæ propter pusillũ pecuniç, morte mulctati sunt
quanto magis hæretici defraudantes animas, à successore
Galat.5. Petri morte mulctandi sunt: quanto anima nobilior est
quàm pecunia. Præterea Paulus optat. Vtinam abscindan
tur qui vos cõturbant, quod si principes tũc fuissent Chri-
2.Cor. 10 stiani, sine dubio obsecuti fuissent Pauli desiderio. Et
ad Corinthios scribit. In promptu habentes vlcisci omnẽ
inobedientiam: cur hoc non haberent in promptu princi-
pes, qui nõ sine causa gladium portant? Falsarij literarum,
aut monetæ, iuste per principes morti traduntur: cur non
Roma.13. falsarij sacrarum literarum & Canonum? Ita & alia crimi-
na puniunt, cur non sacrilegum illud scelus hæreseos? Ita
De correctione Donatistarũ. cap.14 arguit August. Donatistas. Cur enim cum datum sit diui
nitus homini liberum arbitrium, adulteria legibus puniã-
tur, & sacrilegia permittantur? An fidem non seruare ani-
mam deo, leuius est, quàm fœminam viro?

Iohan.3 Addo quod Iesus flagello eiecit nummularios de tem
Hebr.6 plo: si hoc nummulariis, quid modo faceret hæreticis Ec-
clesiam vastãtibus? Et Paulus ait: Terra proferens spinas
ac tribulos reproba est, & maledicto proxima, cuius con-
Matth. 15 summatio in combustionem, huiusmodi terra est animus
hæreticorum, ex qua crescunt spinæ suffocantes verbum
1.Reg. 23 Dei. Ideo consumantur in combustionem. Sic inter no
uissima verba Dauid commemorat: Præuaricatores qua-
si spinæ euellentur vniuersi, quæ non tolluntur manibus:
& si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro & ligno lã
ceato, igneque succensæ comburentur vsque ad nihilum.
Quis autem magis præuaricatur, magis offendit Deum &
Ecclesiam, quàm hæreticus?

Lupus occidendus. Quis negare potest, quin lupus arcendus sit, ne noceat
gregi? si autem tam pertinaciter inhiat ouibus rapiendis,
Matth.7. ac deuorandis, tunc interimatur lupus: hæretici autẽ sunt
lupi, dicente Christo: Attendite à falsis prophetis, qui ve-
niunt ad vos in vestimentis ouium, intus vero sunt lupi ra
paces: lupos illos esse hęreticos, Ambrosius, Hieronymus,
Gregorius, Beda & Bernhardus testãtur, de quibus & Pau
Actu.20 lus inquit: Scio quoniam intrabunt post discessionem me-
am lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: tollatur ergo
Tract.11. è medio lupus, ne gregẽ perdat. Ita August, super Iohan-
ne.

ne. Nullus nostrum vult aliquem hæreticū perire, sed aliter non meruit habere pacem domus Dauid, nisi absolon filius inobediens in bello esset extinctus: Sic Ecclesia aliquorum perditione, cæteros colligit, doloré materni sanat cordis, tantorum liberatione populorum. Eas Bucere, & simplicibus imponas, praxim Ecclesiæ de cōburendis hæreticis, non conuenire cum Paulo & sacris literis. 1. Reg. 18

Pugnant ex alio: quoniam hoc negociū non pertineat ad Imperat. & principes, ideo contra hæreticos nō debeat inuocari brachium sæculare. Sed neque sic proficiét, quoniam nemo negat, quin hæresis sit crimen Ecclesiasticum, quoad forum c. vergentis &c. ad abolendam de hære. Et c. vt inquisitionis eo. tit. lib. 6. Tamen executio, bonorū confiscatio, pœnæ inflictio pertinet ad principes & magistratus laicos. In c. cum secundum de hære. li. 6. Et ad illam obiectionem pulchre respōdet Augustinus. Et quod in nobis reprehendunt, vt decipiant imperitos, dicentes, Non debere Christianos contra inimicos Christi aliquid à Christianis Imperatoribus postulare. Et ipsi tamē priores hoc fecerunt: sicut gloriati sunt Carthagine in collatione (ita appellat Augustinus, quod Neochristiani collo quium appellant) quòd apud Imperatorem, maiores eorū criminaliter Cecilianum fuerint insecuti, vt sępe meminit alias contra Cresconium, Emeritum & Petilianum.

X. Inuocare brachium sæculare.

De correctione Donat. cap. 4

Et quod ad Imperatorem pertineat & principes hæreticorum punitio, egregie ostendit Augustinus cōtra Gaudentium: Cum enim hæretici nolunt audire Episcopos, curam hanc corrigendi hæreticos, exequuntur reges per milites. Vnde August. super Iohanne. Quando vult Deus cōcitare potestates aduersus hæreticos, aduersus schismaticos, aduersus dissipatores Ecclesiæ, aduersus exufflatores Christi, non mirentur: quia Deus cōcitat, vt à Sara verberetur Agar. Mirantur autem, quia cōmouentur potestates Christianæ aduersus detestandos dissipatores Ecclesiæ. Si non ergo mouerentur, & quomodo redderent rationem Deo de imperio suo? Intendat charitas vestra quid dicam, quia pertinet hoc ad reges seculi Christianos, vt pacatam velint suis temporibus habere, matrem suā Ecclesiam, vnde spiritaliter nati sunt. At opponit Bucer illa non pertinere

Lib. 3. ca. 26. August.

nere ad suum magistratum, sed princeps prophanis causis inseruiat, negotia fidei clero relinquat. At illam elidit Augustinus & dicit. Quis mente sobrius regibus dicat. Nolite curare in regno vestro à quo tueatur, vel oppugnetur Ecclesia domini vestri, non ad vos pertineat in regno vestro, si quis velit esse siue religiosus siue sacrilegus, quibus dici nō potest. Non pertineat ad vos in regno vestro, quis velit pudicus esse, quis impudicus.

Et praxis hoc obtinuit, vt in Codice legimus titulis, de hæreti. & de Apost. & Ne sanct. bap. reiteretur. Et hæ-
Heretici cōburēdi. retici omnes, non solum Donatistæ, vbi eis fuit commodū, auxilium Principum & Regum implorauerunt, sicut Ariani Constātium Imp. Valentem. Eudoxiam reginā, Hunericum (alij Gensericum appellāt) regem Vuandalorum, qui persecutus est Homousianos (ita vocabat Catholicos)
Imp. Tyrāni cōtra Catholicos. Zenonem Imp. Apud Gastrimundum, Theodericum Gothum, Anastasium Imp. Canstantinum tertium, Leonem secundum, Tyberium tertium Philippum Impe. Leonem tertium, Constantinum quintum, Leonem quartum, qui omnes ab hæreticis instigati & inflammati, persecutionem mouerunt Catholicis in Ecclesia Dei, vnde innumerabiles fecerunt martyres tyrannide sua.

XI. Martyres hæreticorum, martyres diaboli.

Obiecerunt Donatistę suos martyres Augustino, Marculum de petra præcipitatum, Donatum Bagaien. in puteum missum, sicuti Lutherani Hussum, & Hieronymum Pragen. & nouiter exustos vt meminimus, & Zuingliū in bello cæsum. Et tanta erat Donatistarum insania, vt illos colerent pro Martyribus, afferentes pro se scripturæ testimonia de persecutione. Beati cū vos persecuti fuerint homines, &c. (Matth. 5.) Sed vere respōdet Augustinus. Recte ista dicerentur à vobis, quærentibus martyrū gloriam, si haberetis martyrum causam. (Lib. 1. Cōtra Gaudent. c. 12) Nō enim felices, ait dominus, qui mala ista patiuntur, sed qui propter filium hominis patiūtur, id est, Christum. Vos autē nō propter ipsum, sed cōtra ipsum patimini. Veri ergo Martyres illi sunt, qui persecutionem patiūtur propter iustitiā. Non ergo qui propter iniquitatē & propter Christianæ vnitatis impiam diuisionē, sed qui propter iustitiā persecutionem patiuntur, hi martyres veri sunt, hęretici sicut sunt filij, ita etiam martyres diaboli. (De correctione Donatistarū cap. 7)

Gerson

Gerson diserte assignat, quàm diuersum sit gaudium Gerson.
hæretici euntis in ignem & cantãtis, ac gaudium Christiani martyris, quia gaudium desertoris est beluinum, furiosum, efferum, desperatione plenum, expers dulcedinis, & spiritus vana opinione natum, & quasi extortum, vt videantur fortiter agere. Non secus ac latrones, principum & ciuitatum proditores, aut hostes captiui, gestientes quasi, dum sint morti proximi. Lętitia autem veri Martyris non Gerson.
est contumax, sed benigna, patiens, suauis, plena spei & fiduciæ, qa fit spiritusancto authore, & dulcedinem immittente. Ita Apostoli ibant gaudentes à conspectu cõcilij, & Actu. 4
S. Laurentius ęstimabat prunas esse rosas, & S. Andreas videns crucem cũ gaudio dicebat, quia amator tuus semper fui, & desideraui te amplecti. Ad hominem respondet Augustinus, quia Donatistæ sibi ipsis mortem consciuerunt aquis, igne & præcipitio, vt magnæ essent memoriæ & famæ. Ideo ostendit Augusti. quàm immane crimen sit seipsum occidere: & tamen gregatim se interficiebant Dona Contra
tistæ: alij mentiebantur illos à Christianis occisos: Nostri Gauden-
autem dicũt, ait August. quod ipsi se pręcipitauerũt & po- tium. c. 19
testates infamauerunt. Quis enim nescit hoc genus homi- Super Io-
num in horrendis facinoribus inquietum, ab vtilibus ope- han.
ribus otiosum, crudelissimum in mortibus alienis, vilissimũ in suis, &c. Vnde Christus nõ dixit, veniet hora qua vos ip Ibi. c. 11
sos occidetis: sed veniet hora, quãdo qui vos occiderint pu Iohan. 16
tẽt se, facere obsequium Deo: Nũc autem vos festinatis ad mortẽ, ne à nostris teneamini: Viuere metuitis, nõ occidi, quia erubescitis corrigi, aut de vestro conuinci: Ideo non iactent hæretici persecutiones & mortes suorum: quia & ipse dominus Iesus cum latronibus crucifixus est: sed quos passio iungebat, causa separabat. Non ergo impij sibi martyrium arrogẽt, potest enim impiorum similis esse pœna, sed dissimilis est martyrum causa ait Augustinus.

Vereor ne oneri sim pio Lectori: at qa nullibi furiosi⁹ XII.
clamant ad rudem plebem, licet parcius scribant: ideo volui ineptissimos cauillos excludere: superest adhuc vnus vel alter, quos etiam oportet exarmare. Et primo quidem Neminẽ
stentoria voce clamãt fidem esse rem liberam, & neminem cogendũ
ad eam cogẽdum: Sub hoc specu latebant primo ciuitates ad fidem.

Impe

Imperiales,quę Cæſari & imperio obediētiā in aliis polli cebātur,ſed fidem oportere eſſe liberam, & diuo,felici,augusto Carolo Maieſtatis Romani imperij vindici obedire in his quę ſunt fidei,refugiunt:& vbi ipſorum quantula quantula eſt poteſtas,quā nullam omnino habēt,niſi à Cęſare,in fidem,regimen Eccleſiaſticū,diuina officia,in perſonas Eccleſiaſticas,contra ius diuinum & humanum,contra ius Pontificium & Imperiale,temere extendunt etiam ad ſacramentorum adminiſtrationem: & imperioſe iubēt, minātur, cogūt & puniunt, in nummis,carceribus, turribus,exilio,ſenatus & officiorū deſtitutione,vt alio loco ſuis explicauit fructus Luderanæ perfidiæ.Licet alibi ſatis expoſuerim,quomodo imprudēs ſit verbū,fidē eſſe liberam:licet enim adulto liberū ſit ſuſcipere fidē vel nō ſuſcipere,tamē ſuſceptam ſemel fidē cogēdus eſt retinere,ſicut doctores concludunt de Baptiſmo,etiam infantem baptizatum cogendum ad fidei Chriſtianæ obſeruantiam.

Ciuitates imperij.

Ideo contra Ludderanos exclamat Auguſtinus & Donatiſtas: Vbi eſt, quod iſti exclamare conſueuerunt, liberum eſt credere vel nō credere: Cui vim Chriſtus intulit? quem coegit? Ecce habent Paulum Apoſtolum,agnoſcant ei eo prius cogentem Chriſtum,& poſtea docentem.(Inducit hiſtoriam Actu.9. De conuerſione Pauli.)prius ferientem,& poſtea conſolantem.Mirum autem eſt quomodo ille qui pœna corporis coactus ad Euangelium intrauit,plus illis omnibus laborauit in Euágelio, qui ſolo verbo vocati ſunt.Cur ergo nō cogeret Eccleſia perditos filios,vt redirent: ſi perditi filij coegerunt alios vt perirent? Loquor autem ſemper de coactione extenſe,vt habet communis modus loquendi, pro eo quod eſt minis, terroribus,pœnis & torturis hominem inducere: quia abſolute voluntas noſtra cogi non poteſt, vt in obſtinato & peruicaci hæretico liquet: qui nullis cruciatibus externis à ſua hæreſi dimoueri poteſt.

Ad Bonifacium. cap.15.

Stat ergo ſententia licere Catholicis,vt vrgeant hęreticos minis, pœnis & erroribus ad ſanam fidem acceptandam·quia à Chriſto coactum Paulum oſtendimus. Imitatur ergo Eccleſia in iſtis cogendis dominū ſuum,quę prius,vt neminem cogeret expęctauit, vt de fidę regum atq; gentium

Compelle in rare.

2.Cor. 10

gentium prædictio Prophetica impleretur. Ex hinc intelligitur Apostolica sententia, parati vlcisci omnem inobedientiam cum impleta fuerit prior obediétia vestra. Vnde & ipse dominus ad magnam cœnam suā prius adduci iubet conuiuas, postea cogi. In illis enim qui leniter primo Lucæ. 14
adducti sunt, completa est prior obedientia. In istis autem qui compelluntur, inobedientia coercetur. Ideo pulchre concludit Augustinus. Quapropter si potestatem Ad Bonifaciū c.16
quam per religionem ac fidem regum, tempore quo debuit, diuino munere accepit Ecclesia, hi qui inueniuntur in viis & in sepibus.i. Hæresibus & schismatibus cogūtur intrare, non quia coguntur reprehendant, sed quo cogantur attendent. Concludamus ergo cum eodem Augustino. Contra Gaudentium lib.2 cap.17
Quod autē vobis videtur, inuitos ad veritatē nō esse cogē dos, erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei, qui eos volentes facit, dum coguntur inuiti. Nūquid enim pœnitentiam Niniuitæ egerunt inuiti, quia hoc rege eorum cōpellente fecerunt? Ista igitur iussione Regię potestatis, Ion.3
contra quam voluntarius fit vester occasus, multis ad salutem prętatur occasio, qui etsi violenter adducuntur ad cœnam tanti patrisfamilias, & compelluntur intrare: intus tamen inueniunt, vnde se lætētur intrasse. Manifestum ergo fecimus, vt nec illa ratione Bucer possit tueri sectarios suos, ne à sublimiori potestate plectantur, vbi pertinaces in hæresi & incorrigibiles extiterint.

Non me præterit, quosdam arbitrari cum hæreticis agēdum gladio spiritus, hoc est, verbo Dei, & ita disputationibus vincendos. Et licet hoc prosit simplicibus seductis à Pseudoprophetis. Et Augustinus Paulum probat egregium fuisse disputatorem contra Cresconium grammaticum, & adeo ipsum Christum. Hinc dialecticam commendat Augustinus. Tamen quia hæreticorum nostrorum Li.1.c.14
eiusmodi sunt errores, quia tot annis, damnati sunt. Ideo cap.17.
non conuenit saluberrime conclusa, rursus in dubium vocari contra Gelasium c. Maiores 24.q.1. Videretur enim Gelasius.
iniuria fieri Reuerendissimis synodis ait Marcianus Imper. L. nemo C. de sum. trin. & fid. Catho, Addo quod hęretici non quęrūt disputationē, nisi malitia inuolutā, & coram laicis non intelligentibus, nam ita absterrui eos dispu Marcianus Imperator..
Disputare

XIII.

tatione cum hęre

tatione Lipſenſi contra Lutherum & Carlſtadiũ, diſputatione Baden.contra Zuinglium, confutatione diſputationis Bernen.aduerſus Bucerũ & Hallerum, vt deinceps non petierint diſputationem,ſed colloquiũ,quod non niſi dolis & fraudibus inſtruũt,vt in hoc Ratiſpon.colloquio contigiſſe ſuperius monſtrauimus. Et in Enchiridio alia pleraq; præiudicia Eccleſiæ euenire oſtendimus ex hæreticorum diſputationibus. Ideo prudẽter S.Paulus monuit Timotheũ,noli verbis contendere,ad nihil enim vtile eſt,
2.Tim.2. niſi ad ſubuerſionem audientium, & Tito præcepit vita-
Tit.3 ret ſtultas quæſtiones & contentiones.

Chryſoſt. Chryſoſtomo quoque diſplicet diſputatio cum hęreticis,quia etſi vinci poſſunt hæretici, non tamen fatentur ſe victos,ideo placari nequeunt, ſed multis mẽdaciis & inſi-
Tertul. diis ſe iactant victores,adfert Phariſæos cum domino di-
de præ- ſputantes. Diſputationem cum hæreticis diſſuadet Orige
ſcript. hæ nes ſuper Matthæ. 22. At omnium cumulatiſſime Tertul
reticorũ. lianus monet cum hæreticis non diſputandum. Quid promouebis,inquit,exercitatiſſime ſcripturarum? quũ ſi quid defenderis,negetur è diuerſo,ſi quid negaueris, defendatur. Et tu quidem nihil perdes,niſi vocem in contentionẽ, nihil conſequeris, niſi vilem de blaſphematione laudem. Ille vero,ſi quis eſt, cuius cauſa in congreſſum deſcendis ſcripturarum, vt eum dubitantem confirmes ad veritatem iam magis ad hæreſes diuerget,hoc ipſo motus.quod vt videat nihil promouiſſe,æquo gradu negandi & defendendi diuerſa parte ſtatutum. Certe & pari altercatione incertior diſcedet,neſciens quàm hæreſim iudicet. Hæc vtique
Scripturis & ipſi in nos habent retorquere. Neceſſe eſt enim & illos
diſputare. dicere nobis potius adulteria ſcripturarum,& expoſitionũ earum mendacia inferri,qui proinde ſibi defendant veritatem. Ergo non ad ſcripturas prouocandum eſt, nec in iis conſtituendum certamen: quibus aut nulla aut incerta victoria eſt,aut parum certa. Multa alia ad hanc rẽ adfert Tertullianus eodem loco,quia Apoſtolus dicat, hæreticũ hominem poſt vnam & ſecundam correctionẽ deuita,poſt correctionem inquit,non poſt diſputationem.

Lib.13.cõ Et Auguſtinus acute inducit illud Hieremiæ. Perdix
tra Fauſtũ fouit,quæ non peperit,contra diſputationem hæreticorũ,
Hiere.17

ſed

ſed prætereo vt ſim breuioi. At ſi Bucer ſyncere diſputare voluerit, nam fraudulenter, & iudicium pati. deligendorum per ſacram piiſſimã & Imperialem Maieſtatem: quia Chriſtus diſputauit cum Phariſæis, S. Stephanus cum Alexandrinis & Cyrenenſibus, S. Paulus diſputauit cum Græcis, cũ Iudæis & Idololatris, & Epheſinis, Athanaſius diſputauit cum Arrio coram probo iudice gentilli Auguſtinus cum Donatiſtis, Emerito, Maximino, Feliciano, Fulgentio, & aliis, offero me ad diſputandum contra Bucerum pro honore Chriſti, fidei Catholicæ, Apoſtolicæ Romanę Eccleſiæ, ſub igne & pœna capitis: etſi dubitẽ de victoria, propter certiſſimam regulam fidei, & Eccleſię Catholicæ. quam Chriſtus non deſerit: omnibus malis me debito rem iam conſtituto. His reſpõſum arbitror offenſioni tertiæ per ſingulos articulos.

Actu. 5 Actu. 9 Actu. 17 Actu. 19

Oblatio Eckij cõtra Bucerum.

OFFENSIO QVARTA.

SParſo rumore per Lutheranos Ratiſponę, Legatũ Pontificiũ ſubſcripſiſſe articulis cõciliatis (Buceri iudicio) iam iam encomiũ ante victoriã canebãt: integerrimus vir Legatus ſe. ap. indigne ferebat ſe approbatorem iactari errorum, quos etiam principes laici, qui Ro. ſe. obedientiam ſequũtur, vt debẽt, reiiciebant. Ideo tertiũ edidit ſcriptũ, iam ſuperius renarratum, à quo offenſus fuit Bucerus, & plus profecto acerbauit eum, quàm verbis exprimat.

Egregium autem Euclionem præſtat, qui altera manu fert lapidem, altera panem oſtẽtat. Nam ampliſſimum D. Legatum veris ornat titulis (vtinam ex animo feciſſet, non dolo,) quia vir ſit certe doctiſſimus, & vitæ admodum caſtæ, tamen non auderet probare articulos reconciliatos, nec vellet improbare, ſcriptum illud fecerit, de quo dolendum ſit. virum tantum hæc Pontifici iudicanda reſeruaſſe: quem nouerit, cum magna parte conſiſtorij, longe alia curare, ſemper pungit ſcorpio: ſolum vt ſe. ap. à Deo contra omnes hæreſes cuſtoditę detrahat. At ſyncerior fuit Legatus Pontificius, qui iudiciũ articulorũ vt debuit, domino apoſtolico Chriſti Vicario cõſignauit. Hæc em̃ eſt ſedes, q̃ ſummũ in fide iudiciũ (etiam ſi rumpatur Bucerus) ſemper habuit, habet, & habebit, vſq; ad tempora Antichriſti (quæ modo ſub Lutheranis incipiũt) dum fugiet in ſolitudinẽ.

Bucer cõtra Legatum.

Nulla

Nulla enim hæresis ibi sumpsit exordium, ait Ruffinus in
Ruffinus. Symbolo: Et S. Iulius Papa ait de illa sede, quæ in futuro
Iulius. manebit sine vlla hæreticorum insultatione: Hieronymus
Hierony. quoq; ad Damasum, apud vos solos incorrupta patrũ seruatur authoritas. Agatho inquit, de se. ap. quæ nunq̃ erraſ
Agatho. se probatur, nec hæreticis nouitatibus succubuit. Affirmat S. Sixtus. Ecclesia Romana, cuius fides nullam hæresim
Sixtus. vnquã fouet, siquidem omnes hæreses destruit: Et octaua
8. Synod° Synodus, inquit, cuius immaculata est semper obseruata religio, in qua est integra & vera Christianæ religionis soli-
Bernhar. ditas S. Bernhardus inadulabilis pater scribit ad Innocẽtium. Oportet ad vestrum referri apostolatum, pericula quæq; & schandala emergentia in regno Dei, ea præsertim quæ in fide contingunt. Dignum nanque arbitror, ibi potissimum resarciri damna fidei, vbi fides non possit sentire defectum: hæc quippe est huius sedis prærogatiua, vt de primatu Petri euidentissime probaui.

Et dum dignus Ro. Ecclesiæ Legatus hoc exequitur, apostata Bucerus absque vlla causa ei detrahit, tam impotenter, vt nulla apologia opus sit.

OFFENSIO V.

Arbitratur Bucius quartum Reuerẽdissimi D. Legati scriptum emanatum ab eo, vel sua spõte, siue quod ab aliis nunciis apostolicis, quorũ vnus breui superuenerat, fuerit impulsus: Ego satis superq; noui integritatem Legati: noui, noui, non ego, sed gloriosissimus Roma
Iohã. Morus nuncius apostolicus. norum Rex Ferdinandus, Imperialis celsitudo, Iohannẽ Morum Mutinen. Episcopum nuncium ap. omnibus numeris virum absolutissimum, siue eruditionem spectes, siue rerum agendarum prudentiam, aut mãsuetudinem animi, morum integritatem, castitatem ac sanctimoniam vitæ, sobrietatem ac temperantiam Episcopo honorificã: Hi profecto mille Buceris meliores, nõ nisi bono & piissimo animo scriptum illud confecere: De eo qui superuenit nescio quicquam dicere, quod morbo languidus, ægre lectũ, domum non sum egressus, nisi bis, magno meo incommodo, sed audiamus quid nasutum Bucerum in scripto illo offenderit, magnam enim sibi vmbram existimat fecisse, quod nomine concionatorum, has nęnias, imo nugas, hæreses & impietates

impietates effutiuit,sed per capita numeremus omnia breuissime,vt ad tribunalia fieri solet.

1. Doctrina Bucerana nihil aliud est q̃ doctrina Christi, & vere catholico sensu testificata.

Negatur articulus vt ponitur:quia non est ista doctrina Christi,sed Hussi, Vuiklefi, Pickardorum , & aliorum hæreticorum,quare non est catholico,sed apostatico hæreticorum consensu approbata.

2. Nationali concilio,si nostrę religionis controuersias, secundum verbum domini & catholico consensu côponamus,nulla erit maior seditio timenda in aliis nationibus.

Negatur articulus vt ponitur: quia cũ doctrina vestra sit ante mille & tot centenos annos condemnata in conciliis generalibus,& à sanctis patribus, quem creditis tã stupidum & imprudentem,vt vobis apostatis,& votifragis in concilio nationali contrarium decernentibus,assentiatur? Recte Augustinus contra Donatistas. Et ipsa concilia, quæ per singulas regiones & prouincias fiunt, plenariorũ conciliorum authoritati,quæ fiunt ex vniuerso orbe Christiano,sine vllis ambagibus cedere ,cum experimento rerum aperitur. Côcilium nationale. August.

3. Pollicetur nationali concilio futurum, vt dissensiones tollantur,redeat doctrinæ puritas, sacramentorum syncenitas,& iustus vigor ecclesiasticę disciplinę restituatur,nemine contradicente,nisi qui Christo domino renunciat.

Falsissimus est articulus & mendaciorum plenus , non enim sic dissensiones tollerentur,sed maiores orirentur côtentiones,cum satis superq; docuerimus Buceri & suæ cohortis doctrinam esse impuram,Sacramentorum conspurcatricem,à disciplina Christiana & fide Catholica alienissimam,qua non restituitur ecclesiæ religio,sed omnia pessundantur & misere peruertuntur. Contradicentes eorum damnato conciliabulo iam temerarij damnant,quasi Christo domino renuntiauerint : A qua impia & hæretica sententia à lupis & proditoribus Christianæ fidei temere lata,ad plenarium & generale concilium appellamus,petentes apostolos,&c.

4. Si existimas Episcopos & principes aliarum nationũ (nam de nostris securi sumus) obstituros, quo minus pij Psalm. 2.

vocem audiant pastoris: tunc eos tumultuantes contra regnum Christi, ridebit qui in cœlis habitat.

Aliæ nationes nō sequentur hæreticos

Articulus falsus & omnibus nationibns iniuriosus: nā quod de nostris ait se securos, poterit esse de principib. aliquibus, eorum impia doctrina deceptis & seductis, absit autem ab augustissimo Imp. Carolo, à gloriosissimo Rege Ferdinando, & omnibus Archiepiscopis, & Episcopis, & Principibus superius in catalogo enumeratis, nisi sic intelligas (nouos enim dicendi tropos fingitis) vos securos de nostris Episcopis & Principibus Bauariæ catholicissimis, Lotharingo, Iuliacen. Baden. & aliis, quod nunquam vestræ accedent perfidiæ. Quod aliarum nationum Episcopi & Principes obstabunt, quo minus oues simplices audiant vlulatus luporum vestrorum, & vulpium gannitus, nō ridebit Deus, sed immortale præmium eis retribuet, tanquam veræ fidei piis professoribus.

Principes in fide stabiles.

5. Miramur ꝙ in hac tāta luce veritatis, scribere volueris nationali cōcilio, nō posse determinari cōtrouersias fidei.

Tenebræ hæresum.

Articulus iste acceptatur in principali, sed de luce exorta per tenebras Luderanas, negatur tāꝗ falsissimus: quia ab idolis extinctis non fuerunt maiores tenebrę plusquam Cimeriæ in Germania quàm modo sunt.

6. Quid eñ cuiquā nationi negatum est? Cum Christus promiserit se interfuturū, vbi duo vel tres in nomine eius conuenerint: possumus & nos Germani sententiam domini inuenire, in omnibus quæ ad religionem pertinent.

Conciliabulum hæreticorū.

Articulus ille est captiosus, nam denegatum est vni nationi, vbi contrariū Christus toti promisit ecclesiæ. Christus aderit vbi duo vel tres in nomine Christi fuerint congregati, sed tantum apostatis, impiis & desertoribus exucullatis, congregatis, Christus longe aberit à cœtu malignantium & impiorum, quare vos Germani schismatici, inconsutilem tunicam domini scindentes nunquam inuenietis catholicam sententiam, nisi pœnitemini. Et cum veris & germane Germanis catholicis Principibus redeatis ad gremium ecclesiæ catholicæ.

7. Rationem affert Legatus quia controuersię de religione concernunt statum vniuersalis ecclesiæ, ideo non est vnius nationis illam decidere.

Verissi-

Verissimus articul⁹ & prudétissime p D. Legatū allat⁹.

Nulla natio potest ea determinare quæ de fide contro- 8.
uertuntur, vt valeat: nisi & aliæ nationes suo quoque iudi-
cio eadem iudicent & amplectantur.

Verissimus articulus acceptatur: sed sic Bucer excidit Vict⁹Bu-
à causa, & Reuerēdissimus Legatus vicit: quoniā in natio- cer ex pro
nali cōcilio nullo pacto potest determinari cōtrouersia fi- priis ver-
dei, quę vniuersalē concernit statū ecclesię, nisi & alię nati bis.
ones consentiant. Iaces Bucere? qs te confodit? verba tua.

Si aliæ nationes nondum audiunt vocantem domi-
num, aut audientes nolunt sequi debet ne nos id remorari,
quin conueniamus?

Articulus iste iniuriosus omnibus nationibus Christi- 9.
anitatis negatur & reiicitur: quasi nemo audiat Dominū &
eum sequatur in hoc vasto orbe, nisi conciliabulū experdi
tis excucullatis & nōnis, fidefragis sacerdotibus impie col-
lectū, & seductis laicis: sic collegerūt conciliabulū Donati
stæ in Aphrica Chirtę & Arriani decem cōcilia congrega L.3. cōtra
rūt quorum omnium decreta sunt Deo adiuuāte extincta. Cresco-

Nihil nouum volumus inferre, sed antiqua repetere, ni nium. In
hil nostra authoritate statuere, sed ea amplecti quæ Chri- Triparti-
stus statuit ab initio & obseruarunt apostoli & martyres. to.

Articulum istum recipimus, inquantum pro nobis fa- 10.
cit, quia nihil noui inferunt, sed antiquas hæreses damna-
tas ex cineribus reuocant, Vigilantij, Nestorij, Berēgarij,
Pickardi & aliorum damnatæ memoriæ seductorum, sed
pro secunda parte articulum negamus, quia falsissimus est,
cum Christum, apostolos & martyres supra ostēderimus
vestris impietatibus maxime aduersantes, & quod contra
rium erroribus vestris docuerunt & obseruarunt.

Propter nullam societatē offendendus est Deus: Id au 11.
tem faceremus, si in cōfessis viciis perseueraremus, propter
ea quod aliæ nationes horum correctionem, ignorantiā
aut cupiditate differrent.

Articulum hunc iniuriosum omnibus Christianis ne-
gamus. Prima enim parte apud omnes vera existente, one
rat altera omnium nationum Christianos ignorantia, a-
uaritia, & neglectu doctrinæ necessariæ, cum potius ab A-
quilone pandetur omne malum. Hæresibus & impietati- Hiere. 1

bus pleni, audent hæc Christianis nationibus obiicere.

12. Possunt Germani, simul atq; aliquid in religione apud eos viciatum est, cum nationali Synodo id sanare.

Articulus propositus negatur vt proponitur. Iam esset via aperta, etiam omnibus nationibus ad schismata: sed si Germani catholici hoc facerent authoritate & consensu se. ap. non refragaret. An non sunt insigniter impudentes, qui derogant authoritati conciliorum generalium, contẽdunt concilium eorum particulare assumendum eo solo, quia ipsorum corrupto & peruerso iudicio pronunciãt secundum verbum dei, cum potius sequantur Albigen. Catharos, Pickardos, Vuicklefum, Hussum & alios damnatæ memoriæ hæreticos.

13. Tam multa olim per nationalia concilia sunt constituta in Syria, Græcia, Aphrica, Gallia, Hispania contra furores Arrij, Pelagij, &c.

Articulus verus, quando constituta sunt contra hæreticos, & Pontifice Romano approbante, vt magnũ illud cõcilium Aphricæ Mileui, cui omnes primates Aphricæ interfuerunt, sed tunc fuit ratũ quando Inno. Papa illud cõ

Episto. 93 firmauit, vt ex epistolis Augustini liquet. Idem de cõcilio

Episto. 91 Carthagin. sub Cypriano Martyre li. 1. epistola. 2. Idẽ de concilio Carthaginen. sub Aurelio primate. Et quę ad põtifices, Bonifacium & Celestinum Aphri scripserunt. Ad concilia pro hæreticis, vt Arrianorum, Ephesinum. II. &c. Achatij, Sergij, Titi & Nicephorus Iconoklastarum, Photij, & Michaelis, (qui cum Græcis & Orientalibus,

Conciliabula. omnes Episcopos Latinos excommunicauit, quod Bucerus conatur cum suo conciliabulo facere omnibus Episcopis Christianitatis,) & aliorum, merito sunt à sede apostolica damnata.

14. Alienum ab ætate & sapientia tua illud est, quod pontificem caput ecclesiæ & conciliorum nominas.

Nullũ cõcilium sine Papa. Articulus falsus, cum alieni ab Ecclesia & veritate, pontifici authoritatem hanc, quam iure diuino habet, adimere conantur perfidi hæretici & schismatici. Iulius Papa ante M. & CC. annos scripsit orientalibus Episcopis. Eusebio Theogeni, Berincho &c. Cur nobis incõsultis, Episcopos

Iulius Papa. ad synodum conuocastis, Canonibus iubentibus in Nicæna

na Synodo, non debere præter ſententiam Romani põtificis vllo modo cõcilia celebrari. Sic S. Marcellus Papa & martyr ante Iulium ſcripſit. Apoſtoli eorum quę ſucceſſores domino inſpirante conſtituerunt, vt nulla fieret Synodus præter Romanæ ſedis authoritatem, nam ſine authoritate Papæ concilium eſt acephalum. Marcell⁹.

15. Apud quem vnquam patrum legiſti, Petrum aut ſucceſſores ſuos eſſe caput eccleſiæ & conciliorum? Chriſtus vnus & ſolus eſt caput eccleſiæ.

Articulo interrogatiuo reſpõdemus: legit doctiſſimus D. Legatus apud Auguſtinum, de quæſt. noui & ve. teſt. Saluator pro ſe & Petro ſoluit didragma, pro omnibus ex oluiſſe videtur, quia ſicut in Saluatore erant omnes cauſæ magiſterij, ita & poſt Saluatorem in Petro omnes continẽtur. Ipſum enim conſtituit caput eorum, vt paſtor eſſet dominici gregis, & infra. Manifeſtum eſt in Petro omnes cõtineri. Legit Calixtum martyrem Benedicto coepiſcopo ſcribentem. Non decet à capite membra diſſidere, ſed iuxta ſacræ ſcripturæ teſtimonium, omnia membra caput ſequuntur: nulli verbo dubium eſt, quod Eccleſia apoſtolica mater ſit omnium eccleſiarum, & infra, vos voluntatem matris veſtræ impleatis, quæ eſt eccleſia, cuius caput Romana exiſtit eccleſia. Si patriarcha tuus Bucere, nõ cõbuſſiſſet ius canonicum, potuiſſes hęc legiſſe in Graciano. Legit apud Chryſoſto. Petrum fuiſſe os apoſtolorum, & verticem totius cõſortij. & infra. de Eccleſia. cuius paſtor & caput piſcator homo, legit eundem ſuper Iohanne. Petrus erat os apoſtolorum & princeps. Legit Legatus Contarenus Imp. Iuſtinianum, qui appellat Iohannem Papam caput omnium Eccleſiarum: deficeret me dies, ſi omnia teſtimonia afferre vellem. Eas iam funeſte hæretice, & obiicias piiſſimo D. Legato, Papam eſſe caput Eccleſiarum nulli legi apud patres. ¶ Aſſumis Chriſtum eſſe caput eccleſiarum, fatemur: ita eſt caput omnium Regum & populorum, tamen Samuel dicit ad Saul: Nonne cum paruulus eſſes in oculis tuis: caput in tribubus Iſrael factus es 1. Reg. 15 Et Amos, Optimates capita populorum dixit. Amos. 6

Papa caput eccleſiæ. q. 75.

Calixtus.

12. di. Nõ licet.

Chryſoſt. Matt. 16.

Iohan. 11

L. intercla ras. C. de ſum. tri. & fid. cath.

16. Si papa moleſte laturus eſt, ſi vnica & pia in noſtra natione ſynodus habeatur. Vide quàm male laudes eum?

Ad articulum respondetur vt supra, quid enim prodest hæc tautologia, idem tam sępe inculcare, Iouis Corinthū: & iuxta Horatiū, sicut ridiculus Cytharædus, chorda sem per oberrat eadem: Papa non moleste fert piam synodum, sed conciliabulum hæreticorum schismaticum, quod non solo eo inuito, sed cōtra eum & se. ap. desertores fidei moliuntur colligere.

17. A Roma quid nobis expectandum, disciplina eius & tergiuersatio de concilio testificantur.

De disciplina Romana dictum est supra, quæ incomparabiliter melior est, quàm Lutherana, Pickardica, Zuingliana aut Vuicklefica. Nemo excusat pontificē, quod differt celebrare cōcilium generale, gemunt super eo omnes boni, sed in hoc stat domino suo, qui eum iudicabit: Desertores illi conqueruntur de Roma, quę nihil male eis fecit: sinant Eckium lamentari, quia curiabilius Romæ citatur & vexatur: sed quid ista faciunt ad fidem?

Romę curiales contra ECKIUM.

Postquam satis illuserat pientissimo D. Legato Bucerus, blandiciis verborum hunc emollire nititur, & ex eodē ore vt Satyrus calidum & frigidum efflat, dulce ponit in amarum, & amarum in dulce. Cōtarenum enim dicit virū ætate reuerendum, eruditione maximum, vitę quoq; castitate & probitate suspiciendū. At quæso te Bucere, animo altiori expendas, & te, & omnem cohortē tuam nonnorum & nonnarum, ministrorum sectarum tuarum, confer cum hoc pientissimo viro, vitam vestrā dico plus quàm Epicuream & Sybariticā, per omnem luxum, sine omni timore Dei, in viciis effrenem & dissolutissimā. Hunc vnum virū, tuo etiā iudicio, oppono omnibus iugatis tuis, tantæ pietatis à te iactatis mystis tuis. Alia quę in appendice affixit Bucerus, vel nugæ sunt, vel iniuriæ, vel impietates, vnde piget illas renarrare, & bonas horas male locare. Scio Romanæ nō esse profligata omnia, & prolapsa, quę Christi sunt, neq; aduersariā potentiā Christi obtinere omnia, vt Bucerus nugatur: sed bonā spem piis & sanctis superesse, multa salubriter ab hac sede cō stituenda, quæ omnium hæresum extirpatrix fuerit: nisi vbi Christus secreto suo consilio, passus sit zizaniā cum tritico succrescere, vt in Armeniis, Iacobitis, Georgianis, Paulinis & aliis, experientia testatur

Bucer adulatur.

Contarenus melior toto clero. Lutheri.

Romana ecclesia.

Matth. 13

tur. At hæc modo de responso principum Catholicorum, & scriptis Legati apostolici Contareni, sufficiant.

RESPONSVM PROTESTANTIVM AD propositam ab Im. Maiestate deliberationé, de cô-clusione & decreto in causa religionis faciédo.

QVæ Imperatoria Ma. exponi fecit principibus electoribus, aliisq; principibus, & ordinibus de suo discessu, deinde capita, & articulos, ad faciendũ actorum in his comitiis conclusionem, & decretum pertinentes, tum ea, ad quæ se Imperatoria Maiestas offert, & quæ petit ea omnia princeps Elector ac cæteri principes & ordines qui Augustanę confessioni adhęrent, pręsentes, & absentiũ Legati, cum summa reuerentia, & submissione audiuerunt, & cognouerunt: aguntque cum omni subiectione gratias Im. Maie. ob summam diligentiam, & laboré, quem ipsa impendit, in hoc, vt causæ religionis controuersæ Christiane componerentur, similiter & Christiana reformatio ecclesiæ impetraretur. Non dubitant autem Status commemorati Imp. Maiestatem ex responsione pertinente ad negotium religionis, quam nudiustertius suę Maiestati obtulerunt, intellexisse, Status ipsos modis omnibus propensos esse ad Christianam concordiam, in qua diuinum verbum, & veritas locũ habere, Christiana ecclesiæ reformatio, quam & sua Maiestas summe necessariam agnoscit, ad effectum perduci, ac re ipsa constitui possit.

Cæterum quia Statibus prædictis placuerunt articuli conciliati modo intelligantur recte, & Christiane, atque adeo iuxta responsionem, quam scripto obtulerunt, adhuc eosdem articulos placere fatentur. Rogant auté supplicíter Imper. Maiestatem, quod ipsa velit efficere, vt eiusmodi articuli pro conciliatis recipiantur, in hoc vt sint auspicatum exordium concordiæ, sperant enim status, Deum omnipotentem gratiam suam largiturum, vt sic veritas magis atq; magis dilatari, & eo expeditius via ad Christianam reformationem parari queat.

Satis præterea intellexit Imper. Maiestas Statuũ prædictorum animum ac voluntatem, quantum ad articulos nondum conciliatos attinet, ex scripto suæ Maiestati oblato. Simul autem status humillime rogant, quod sua

Maiestas recessum Augustanũ, eo quod minime idoneus est ad concordiam promouendam, imo etiam cum quibusdam articulis pugnat, clementer velit tollere, aut saltem suspendere.

Cognoscere enim facile potest Imper. Maiestas, Augustanũ recessum (si is valere debet, atq; in suo vigore manere) maximo impedimento futurum speratæ cõcordiæ in religionis causis, necnon Christianæ reformationi, cõmuni deniq; paci, neque enim dũo hęc simul posse consistere.

Quod vero Impera. Maiestas à statibus petit, vt cogitare velint, si, posito casu cõcilium non procederet, an tum communis Imperij cõuentus iterum indici debeat, in quo religionis causæ amplius tractarentur, & ad commodum exitum perducerentur.

Quantum ad cõcilium attinet, probe adhuc se memores esse fatentur status suæ appellationis, protestationis, & omnium, ad quæ se obtulerunt. Nihil quoq; tam ardentibus votis expetunt, quàm vt legitimum, liberum & Christianum conciliũ in Germania celebrari possit, in quo religionis controuersię secundum verbum Dei excutiantur, Christiana etiam reformatio, & absuum, qui obtinuerũt, extirpatio sequi possit.

Quod vero status cõsentire debent in eiusmodi concilium in quo Papa, vel sui (qui protestantium statuũ aduersarij summi existunt) de religione cognoscendi & iudicãdi potestatẽ haberẽt, id quo minus faciãt status, iustis, firmis, & certissimis rationibus permouentur, quẽadmodum eas bona ex parte exposuerunt in recusatione cõcilij Mantuæ indicti, ad quã rursus se referunt, humillime rogantes Im. Maiestatem, vt istud statuum propositum necessariis & ineuitabilibus causis innixum boni consulere velit.

Relinquunt vero status liberum arbitrio, & concilio Imperatorię Maiestatis, vt si minus impetrari possit Christianum & liberũ concilium in Germania, in quo agatur de religione, & reformatione Christiana, vt per aliũ conuentum Imperij, de his rebus Christiane agatur & transsigatur. Parati enim sunt status, id quod sæpenumero iã testati sunt, suæ Christianæ confessionis, & doctrinę Ecclesiasticæ sufficientes causas adferre, eiusq; rationẽ reddere.

ADIICIT ECKIVS.

SI maledicentia Bucerum imitari vellem, non deesset, 1.
quo annotationem(iustiori & meliori causa)huic re ECKIVS
sponso affigerem. At quia maledici regnum Dei non parcit prí
possidebunt, nolo nobilissimos principes & status prote- cipibus.
stantium offendere, suspiciens in eis donum à Deo datũ,
quia omnis potestas à Deo est. Et quia ex se principes ista Roma.13
non habent, sed spiraculum, non vitæ, sed mortis, suggerit
illis, quæ cum fide orthodoxa non conueniunt. Nam desertores ecclesiæ, apostatæ, grex Epicuri, prædicatores hæretici & schismatici, excellentissimos principes istos & status, Deo permittente, lætali poculo alio trahunt.

Nam illustrissimis dominis & prudentibus viris, mox 2.
obijcerẽ, quod articulos Conciliatos recipiunt, modo re- Sequitur
ctè intelligantur. At quem intellectum ipsi rectum volũt. articulos
Catholici principes falsum & erroneum ac à fide deuium non conci
iudicabunt, totius ecclesiæ catholicæ ac omnium nationũ liatos.
Christianitatis assensu & iudicio. Vt sic nulla concordia
statui possit Germaniæ, hoc responso.

Ideo paruam exhibent obedientiã Imperatori nostro 3.
Catholico, quod offerunt se paratos, & precantur Maiestatem suam, vt articuli reconciliati(suo & suorum arbitrio)recipiantur cum sensu & intellectu ab eis dato. In illo enim non sunt reconciliati.

Non deesset amplissimus cãpus versandi, & illud quod 4.
tam anxie petunt sustolli recessum Augustanum, ac si diuus august. noster Carolus à deo coronatus, cũ tot catholicis principibus, qui suæ Maiestati fidem dederunt de cõseruando recessu isto, sint muliercularum more instabiles & inconstantes, modo velint, modo nolint, sed stat sententia cum se. ap. cum Imperiali & Regia Maiestate perseue DuxGeor
rare. O quàm egregie dicebat Dux Georg. Saxo. Beatæ giº Saxo.
memoriæ princeps. Nescire Neochristianos hodie, quid nam futuro anno credituri sint.

Nec illud quoque præterirẽ, quod petunt cõcilium ce 5.
lebrari generale legitimum: In quo tamen nolunt Ponti- Cõcilium
ficem vel suos habere potestatem cognoscendi & iudican sine Papa.
di de religione. Est quod vulgo dici solet, contradictio in adiecto. Quomodo enim erit legitimũ sine Pontifice, sine

cuius

cuius authoritate nullum omnino concilium fieri poterit aut subsistere,vt paulo supra contra Buceri insolentiã pau cis attigimus. Expendant principes,quã non constet peti tio eorum. Supplicant pro legitimo concilio, & mox vo-

Roma. 13 lunt ordiri illud cum iniuria alterius scilicet Romani Pō tificis,cum omnis potestas sit à Deo,& sit ordinata. Quę-rant suos pseudoprophetas & seductores, vbi ab eo tempore,quo concilia publice cœperunt celebrari, vnquã fue rit concilium habitum & reputatum esse concilium, non

In prędicantes. interueniente summo Pontifice,aut eius authoritate:procedant isti Sinones,Verpi,circumcelliones,seductores, an non os loquentium iniqua obstruam,quia os eorum locu-

Psalm. 49 tum est vanitatem,& dextera eorum dextera iniquitatis.

At de his omnibus in præsentia nihil agam, excellentissimis principibus ac honorabilibus statibus protestantium,more Buciano, nullam volo mouere molestiam: Ita affixam fecem nihili facio Buceri,qui desertor, apostata,

Bucer prīceps Episcoporũ. schismaticus,excommunicatus, & ab ecclesia præcisus, sine suffragio populi ædilitatẽ iniit, magister vult esse Episcoporum,deformatissimus ipse,vult alios reformare & in ordinem redigere. Hui quã optaret esse Episcopus, propudium istud Acherontis pabulum. Non meminit Astaphij Plautinæ. Qui alterũ incusat probri, ipsum se intueri oportet,vt sunt adhoc vulgares loci ecclesiastici.

At quia Principes illustrissimi ac magnifici status protestantium,in illo responso Cæsareæ Maiestati dato,se re miserunt ad aliud eorum responsum in scripto oblatũ suæ celsitudini,quod sit illud, me fugit, nisi illud denotauerint,quod Bucerus ab initio farraginis suæ post articulos protestantiũ sub nomine Melanchtonis, posuit: præfatorũ principũ ac statuũ nomine. Lubẽs & hoc respōsum personatum præterirem ob honorem principum,zelus tamen fidei me cogit,vt breues annotatiunculas adijciã,propter aculeos Buceri admixtos. Et illud quidem facturus sum amore veritatis & fidei catholicæ,sine cuiusque iniuria:

I. Queritur Bucer irrepsisse in ecclesiam multos abusus, doctrinã Euangelij obscuratam, hæc mala confirmata tẽporibus, nunc titulũ habere consuetudinis ecclesiasticæ.

E. Nemo negat abusus esse,fuisse,& futuros esse in eccle-

sia,

sia,cũ Saluator noster dixerit. Væ mũdo à schandalis,necesse est enim vt schandala veniant. Et Apostolus inquit, Matth.18
oportet hęreses esse. Verũ quos Bucer tacite hic notat abusus,negamus esse abusus, sed sunt veri cultus Dei ab Apostolis & martyribus ecclesiæ traditi, nec est alia natio iam in orbe Christiano,quæ magis obscurat doctrinã Euãgelij,quàm Ludderani & Zuingliani. Et recte quidẽ catholici iactãt titulũ cõsuetudinis ecclesiæ, cõtra nouitios Pickardos,& nuper natos intra.23.annos Luderanos. Ecclesia enim habet promissionẽ à Christo, quòd velit mittere Iohan.14
paracletũ,qui eã doceat omnẽ veritatẽ: nescit tarda molimina spiritussancti gratia,nõ præstolat⁹ est Hussum, Vuiklefum, Bucerũ, Hosandrũ,antea erudiuit ecclesiã, & hodie erudit,& Christus pollicitus est se mansurum cũ ecclesia vsque ad cõsummationem sæculi. Vnde iuste cum sanctis conciliis,martyribus,ac patribus allegare consuetudinem possumus in ritibus ecclesiæ(loci sunt vulgati,breuitatis studio, non deduco)Paulus etiã à consuetudine argumentabatur negatiue: Iephte quoque Galaadites tuebatur se contra filios Amon,possessione longi temporis in terra Esebon:cur nõ fortis quisque pugnator ecclesię,possessionem lõgissimi temporis,mille annorum & pluriũ,pro defensione rituum ac cæremoniarũ in ecclesia tueretur. Vnde non debent dici vitiosæ istæ consuetudines, nisi à spuriis ecclesiæ,neque aduersantur verbo Dei,sed adiuuãtur.

Matth.28 · 1.Cor..11 · Iud.11

2. Meminit scriptor articulorum reconciliatorum, sed desiderat maiorem explicationem, ne breuitas aut ambiguitas pariat noua certamina,nã articulos de gratia Christi & iustitia fidei intelligimus,sicut in confessione Saxonica & apologia traduntur.

E. De his articulis diximus in annotationibus libri ꝓpositi,de fide iustificãte articulus,qũo in apologia explicat, alienus est à sacris literis,cõciliis & patrib⁹, imo Lutherus ipse eũ iprobat. De quo plura in responsione ad Groperũ.

3. In controuersiis nondum direptis, affert author articulos per protestantes oblatos,quos dicit esse veros.

E. Dicit quidem,sed nõ probat etiam nec probabit vsque ad magnum annum Platonis, quin contra euidentissime illos improbaui superius, prodeat Goliath Ludderanus,

Bucce-

Bucerus,plures asseruaui mihi lapides limpidissimos,quos in frontem eius iaciam.

4. In Ecclesia & principes & doctores sæpe humano iudicio,ait author, quæsierunt moderationes, quæ abduxerunt homines à puritate Dei, exempla affert de Augustino disputante de gratia,de Paulo quando loquitur de fide iustificante,vterque horridius visus loqui, interpretationes quæsitæ,sed hæ veram vocem Euangelij obruerũt.

E. Negamus vel Paulum vel Augustinũ horride in præfatis articulis locutos, vere & catholice scripserunt, & in eo vero sensu ab ecclesia expositi, nihil obscuritatis, sed plurimum lucis attulerunt.

Adiecit de satisfactione author,sed quantum aberret, & toto vt aiunt cœlo, supra euidentissime euicimus, vnde vane iactat author, suos moderatos esse controuersias ad normã verbi Dei,& ecclesię apostolicę ꝓbata testimonia: Cõtrarium fuit efficaciter probatum & ostensum, moderationes illas adhibitas adamussim Vuikleficam & Hussicam,contra apertissima ecclesiæ apostolicæ testimonia.

5. Bucer vult persuadere Cæs. Ma.ne ægreferat librum ꝓpositũ à sua Maiestate nõ vbiq; receptũ,quia 1. Foueat cultus viciosos,vt de inuocatione sanctorũ. 2. Alioquin facerent cõtra conscientias,cũ veris testimoniis sint ita persuasi. 3. Confirmarent errores etiã apud posteros, & asperitas eorũ,qui abusus defendunt roboraretur, 4. Vinculũ iniiceretur Ecclesiæ dicendo, generalia concilia nõ posse errare, 5. Sauciarentur ecclesiæ eorũ, quæ eos increparẽt, tanquã corruptores puritatis Euãgelicæ. His tãtis causis mouemur,ne de articulis reprehensis mutemus iudicium.

E. Speciosa sunt ista verbis phalerata,sed vt lupus de philomela inquit: Vox est,aliud nihil. 1. Nam impie dicit viciosum esse cultum diuorum inuocationẽ,vt liquido probauimus. 2. Non veris testimoniis sunt persuasi, sed corruptis interpretationibus scripturæ & cauillis sophisticis decepti,deponãt ergo cõscientias erroneas iuxta doctrinam Gerson. Gersonis. 3. Nõ cõfirmarent posteros, sed reuocarẽt ab errore,quos alioquin habebunt hæresum hæredes in æternã damnationẽ. 4. Nullũ vinculũ, nisi veritatis iniicitur per concilia generalia legitime congregata, quæ non possunt errare

errare in his quæ ſunt fidei. Exemplũ ꝙ affert de Clemétina. Paſtoralis de ſen. & reiud. nõ pertinet ad fidé, ſed ad iudiciũ. Quid enim ad religioné facit, ſiue Héricus Imp. Lucelburgius, ſiue Robertus Valeſius, fuerit Rex Sicilię. Concilia non errãt.

5. Hæc ratio potiſſime vos mouet, nõ vultis videri erraſſe coram veſtris: Et mea quidem ſentẽtia, non deberetis hic offendi: cum alioquin ſitis tam inſtabiles in veſtris doctrinis, vt quod heri placuit, hodie diſpliceat: Si Bucerus cupit aliquos locos, ego in gratiam ſui, totum catalogum ei propinabo. Nolle autem mutare iudicium in erroribus eſt pertinaciæ, quæ facit hæreticum. Vide lector quàm falſo hæc Bucerus catholicis impoſuit principibus. Luderani in fide inſtabiles.

Agitur de gloria Dei, de luce Euangelij, de communi eccleſię neceſſitate, de ſalute animarum, in eccleſiis noſtris & alibi. 6.

Verum, & ideo articuli Proteſtantium reiecti, qui imminuunt cultum Dei & latriam, obſcurant Euangelium Pickardicis gloſſis: ideo neceſſarium eſt pro vtilitate Eccleſiæ, vt hæreſes extirpentur, de ſalute tot animarum agitur, quæ erroribus corruptæ extra archam, diluuio hæreſis & ſchiſmatis pereunt in eccleſia malignantium. E.

Cum de his rebus conſcientiæ noſtræ teneantur, Maieſtas veſtra hanc excuſationem admittat, tot animabus parcat ſanguine Chriſti redẽptis, ſanctificatis ſpiritu ſancto, inſtitutis pia diſciplina, nec credat aduerſariis, eccleſias noſtras calumniis deformantibus. 7.

Si cõſcientiæ veſtræ tenentur his rebus, ſit per erroré, quem deponatis, volunt parci eccleſiis ſuis paucis, & ipſi nõ parcũt infinitis eccleſiis per orbé Chriſtianũ. Et quia animæ ſunt redẽptæ ſanguine Chriſti, Cæſaris Deo amãtiſſimi eſt curare, ne per hæreſes captiuæ iugo diaboli, in orcũ tradantur (vt conqueratur de eis Chriſtus, quæ vtilitas in ſanguine meo) & ſpiritũ ſanctũ, quem in baptiſmo acceperũt, perfidia amittãt. Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictũ: cũ perfidia, impia, & ab eccleſia catholica aliena diſciplina inſtituũtur, imo ſeducuntur à pſeudo prædicatoribus, nec opus eſt accuſatione aduerſariorũ, cũ errores & peccata veſtra ſicut Sodoma prædicauerimus. E. Pſalm. 29 Sapien. 1. Eſaiæ. 3

Non dubitamus doctrinã noſtram eſſe cõſenſum Eccleſiæ 8.

clesiæ Catholicæ qui traditus est in propheticis & aposto licis scriptis,& patribus.

Audacia temeraria,cũ à tota ecclesia separamini,iacta re cõsensum ecclesiæ esse apud vos,vt hoc supra reprobauimus & aperte falsissimum, quomodo cõsensum ecclesiæ hic statuunt super scriptis,cũ ipsi firmitatẽ scripturis adimant,& pro libidine libros vel assumát vel reiiciant extra canonẽ,cõtra ecclesiæ cõsensum,vt libros Tobiæ,Iudith, Esdræ,Machabæorũ,Sapiẽtiæ,Ecclesiasticũ,Baruch,multa capitula Danielis, Epistolã ad Hebræos, S. Iacobi,secundã epistolã Petri,& Apocalypsim:si ergo sint alij,qui temeritatem vestrã sequantur, ac libros aliquos repudiẽt, vt olim Samaritani synagogæ fecerunt prophetas negando,& Manichæi totũ vetus testamentũ reiecerũt. Et græci fermentarij tres Euangelistas à Iohãne correctos dixerunt, sicut hodie Suriani & Armeni, ac Georgiani non omnes libros canonicos recipiũt, nihil erit solidi & firmi.

Luderani scripturã faciũt dubiam.

Adhibitis cõcionatoribus,iussimus eos annotare, quæ pij non grauatim addent, sunt enim explicationes & declarationes necessariæ.

Audiamus & iudicemus,an non olfaciant ollam, nam Crambebis posita mors est.

IN CONCILIATIS ARTICVLIS annotata aut omissa.

Additio prima vltra librum & articulos oblatos E. protestantium.

ARticulus 1. De libertate voluntatis(non curo succẽturias sectariorum.)Catholicum est,neminem etiam renatũ posse in hac vita legi Dei satisfacere, nisi per gratiam Dei assistentem & adiuuantem.

2. Expediret taxari opinionem de merito congrui.

Minime gentium, cum sic taxaretur magisterium spiritussancti, illud in sacris literis affirmantis, vt patet de Cornelio,de Achab humiliato,dẽ Niniuitis, & quòd Sapiens ait:Impius facit opus instabile,seminanti autem iustitiam merces fidelis: Alioquin labor peccatorum redeũtium esset inanis in domino. Miror quòd negant meritum congrui,cum fidem etiam mortuam magnificiant.

Meritum congrui. Acto.10 3.Reg.21 Ioan.3 prouer.11

Reiiciantur somnia,posse legem fieri sine gratia, quo ad substantiam actuum.

Gerson hoc declarat,& adeo verũ est,vt miretur quomodo

modo aliquis vtēs ratione,possit cōtradicere. Nam pecca- E.
tor potest honorare parētes,potest pauperi & egenti dare Gerson.
eleemosynā,potest iustā ferre sentētiā,vt Traianus,potest Implere
fidē præstitā seruare,vt M. regulus, potest se cohibere ab præcepta
adulterio,velut Zaleucus Locren.&c.qui legem etiā diui quoad sub
nam faciunt sed secundum substantiam actuum,& irrefra stantiam
gabiliter astipulatur Paulus. Cum enim gētes, quæ legem actus.
non habēt,naturaliter ea quæ legis sunt faciūt. Non autē Rom.2
faciunt quoad intentionem præcipientis,quia nō merentur vitam æternā,faciunt ergo quoad substantiam actus.

De peccato originis libro volunt addi. Vicium repugnans legi Dei.

Si intelligit per inclinationem,nō est onerosa illa additio Catholicis,quia & Paul⁹: Video aliā legē in mēbris meis,repugnantē legi mētis meæ scilicet per inclinationē, si autē subdole ex hoc niteretur inferre cōcupiscentiā esse peccatū in renatis,negamus tanquam Euangelio,prophetis & Paulo aduersum,vt Vuormaciæ euici in colloquio. E. Rom.5

Exponit porro,quid intelligat per fidem efficacem. 5.

Exponat, variet, sanctorum patrū locutionem mutet, nunquam catholicis persuadebit, fidem iustificare, nisi sit fides viua, nunquam autem viuit, nisi operetur per dilectionem,vt respondendo ad Groperum dicturi sumus. E. Galat.5

Errat itaque cum dicit fidem esse motum, quia est virtus & habitus,nō motus, licet postea suas motiones & inclinationes habeat,vt reliquæ virtutes.

In hac vrbe editæ sunt propositiones,damnātes aperte sententiam nostram,quæ est vox Euangelij,& affirmāt sola charitate esse nos Deo acceptos. 6.

Recte fecit author ꝓpositionū,qa tēpore colloquij euulgatæ sunt ꝓpositiones vestrę solā fidē iustificare,in deprauatissimo & hæretico sensu, & temeratores vestri cū iniuria operū extulerūt fidē sine operibus,in angulis prędicātes. Ideo malo nodo mal⁹ erat quęrēdus cunæus. Nā falsa illa intelligētia de fide quā multis ānis cū maximo schādalo docuistis,nō ex Euāgelio est,sed à sathana cōtra Christū & Paulū,vt & Lutherus fateī est schādalosissima. Ideo merito Cęsar clemē.ī recessu Augusta.hūc errorē reiecit. E. Sola fides

Appendix est falsa,quia sic iustus in omni bono opere Nō in o-
peccaret

omni opere peccare iustum. peccaret quod Leo Pont. fe.re. damnauit. Et baptismus non deleret omnia peccata contra apostolicas & Euangelicas scripturas millies respōsum est ad illud Dauidis, Nō
Psal.142 iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens·legas quę ca
Psal.7 lumniis Hosandri opposui. Iudica me domine secundum iustitiam meam,& secundum innocentiam meā super me.
Psal.34 Et iterum: Iudica me secundum iustitiam tuā domine de-
Iob.10 us meus,& non supergaudeant mihi. Et Iob audacior inquit: Dicam Deo,noli me cōdemnare indica mihi cur me
Iob.16 ita iudices. Et infra: Vtinam sic iudicaretur vir cū Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Da-
Psalm. 25 uid inquit: Iudica me domine,quomodo ego in innocen-
Psalm. 16 tia mea ingressus sum,& iterū David: Exaudi domine iustitiam meam, intende deprecationem meā. De vultu tuo
Psalm. 17 iudicium meum prodeat. Probasti cor meum, &c. & non est inuenta in me iniquitas. Et iterum: Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi, quia custodiui vias domini, nec impie gessi à Deo meo. Et ero immaculatus cum eo,&c. quæ loca alium ab aduersariis intellectum citatum interpretantur. Hunc nodum dissolui in disputatione Lipsica ante 22. annos: Ludderani vero tanto tempore,nec verbulum respondissent,neque poterunt.

7. Quoniam in sanctis manent peccata,discretio fiat peccatorum: quia sunt quibus non amittitur gratia, alia sunt quæ expellant gratiam. Hinc discant pij fidem non solum esse notitiam dogmatum, sed fiduciam misericordiæ promissæ propter Christum: qua peccata remittuntur, discāt fidem non esse in peccantibus contra conscientiam.

E. Omnia eodem veneno sunt tincta, si non scorpionem vt aiūt sub lapide occuleret,loqueretur vsitato & in ecclesia recepto modo loquendi: peccata aliqua sunt mortalia, quæ gratiam excludunt: alia vero venialia, quæ gratiam compatiuntur, hæc essent plana & aperta.

Fidem esse fiduciā est falsum,quia fidei est credere,ipsius spei est fidere. Obtusus error est,quod adeo prædicāt
Luddera- fidem,cū impudenti iactantia,& nesciūt quid sit fides, de
ni nesciūt quo,aut vbi sit. Hoc est in cimeriis tenebris versari ac po
quid sit fi- pulū decipere. Non enim afferunt fidem, nisi de Christo,
des.

Ergo

Ergo articuli de Deo patre & spiritu sancto nō pertinent ad fidem. Totum est quod clamant, & vociferantur vsque ad rauim, fidem in promissionem Christi remittere peccata. At quid faciunt alij articuli de incarnatione filij, passione, Morte, sepultura, resurrectione, ascensione, & aduentu ad futurum iudicium, fides item in ecclesiam catholicam, sanctorum cōmunionem, carnis resurrectionē, & vitā ęternam. Quid quæso remittunt illi articuli crediti? Quis non condoleat tantæ cæcitati, q̄ nec Chorebo verisimilis apparere posset. At occulto fit Dei iudicio. vt in hos manifestos errores sinat homines prudentię suę innitētes, præcipitari. Fides māca Lutheranorum.

8. Adhuc ringit nasum Bucer, quod ecclesia, magna domus dicitur in libro, at de hoc in annotationibus supra: Ringat super Dauide. Confitebor tibi in ecclesia magna. Psalm. 34
Et quod in Machabęis legitur: Conuenit ecclesia magna. 1. Mach. 5

9. Discedēs ab ecclesia est hęretic⁹, at antithesim addēdā censet author. Iuste ab his discedi, qui doctrinam falsam defendunt.

Sed non videt author, hoc esse omnium hæreticorū latibulum, nam Fraticelli, Pickardi, Cathari, Parabaptistæ causantur se iuste discedere ab ecclesia, quia in ea falsa doctrina defendatur. Hęc vox est omniū hæreticorum. Et supra euidenter obtinuimus non esse pios, propter hæreses iuste interfectos: quos tamen hic author, innocētes appellat: Verum vt Augustinus inquit, falso se innocentes nominant: qui ecclesiam Dei multiformiter suis erroribus scindere nitūtur. Vana ergo & inanis est authoris iactatio, nō debere suis ecclesiis obiici discessionem, quia ibi luceat doctrina Euangelij. Verius diceret, omnē piā sanam & Euangelicam doctrinam apud eas obscuratam, tot Pickardicis, Vuickleficis, Turelimpinis, Pepuceanis tenebris offusis. August.

10. Pompa verborum rhetoricatur author, quia morte nostra concordiam piam, ait, redimere vellemus, sed ecclesiæ nostræ condamnatæ, Pontificis & Episcoporum asperitate, expulsi sunt à reliquo cœtu. E.

Ecclesia non petit mortem peccatoris, viui potestis, depositis erroribus, concordiam facere, reuocando hęreses, in quibus tot annis obsorduistis. Mori vobis nō plus prodesset, quàm Nouato hæretico: qui persecutione Valeria- Nouatus pro fide mortuus. Li. 8. ca. 9

ni, Socrate in Tripartita referente, apud Phryges martyrio confectus, martyrum tamen aureolam, ob hæresim, nõ est consecutus. Fatetur author ecclesias suas expulsas à reliquo cœtu Ecclesiæ, cur ergo ægreferebat Melanchton Vuormaciæ, cum dixeram, vos à nobis exiisse.

11. Lamentatur author vinculum charitatis rumpi in eis, quia Pontifices & Episcopi trucidant nostros.

E. De hoc supra diximus, iure, iuste, & secundum apostolicum desyderium in desertores ecclesiæ & fidei, hoc facere possint. Imo plures peccauerunt parcendo hæreticis, q̃ via iuris contra eos procedendo, sicut Saul peccauit, & à regno proiectus est, quia pepercit Agag regi Amelechitarũ: Et quia Achab diuisit Benadab Syrũ, dixit ei Deus per Prophetam. Quia dimisit virum dignum morte, de manu tua: erit anima tua, pro anima eius. Sic Moyses indignatus tribunis & centurionibus, quòd fœminabus Madianitis pepercissent: Cur, inquit, fœminas reseruastis? Nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israel. Ergo mulieres quæ nouerunt viros, iugulate. Quare etiam hæreticis non parcendum, qui decipiunt filios ecclesiæ suis prauis erroribus & corruptis doctrinis: cum Madianitis fœminabus noluit parcere mitissimus.

Non parcendũ hæreticis. *1. Reg. 15* *3. Re. 20.* *Nume. 31*

12. Enumeratio peccatorum & satisfactio, sunt ritus ab hominibus excogitati.

E. Improbando articulos protestantium supra perspicue probauimus contrarium.

13. Author confirmat sententiam de efficacia sacramentorum, contra suum patriarcham Luderum, imo etiam cõtra Bucium, qui negat sacramenta esse media gratię, sed fit figmentum, & quæ superædificantur sint delyramenta, at forte iam palinodiam cecinit.

Sup Euangeliis.

14. Diffiniendo sacramentum esse signum infallibile gratiæ, vnctio & confirmatio non sunt sacramenta, sed ritus.

E. Hui quid audio, Bucer clamosior lauro inuectus est in catholicos principes acerbissime, quia noluerunt recipere articulos cõciliatos. Et hic author sub nomine principum suorũ expresse recusat duos articulos per omnes collocutores admissos. At duo ista sacramenta, quę fatetur Ecclesia Catholica, astruxi breuibus in Enchiridio, sed pluribus in

Luderani contra librum Cæsaris.

Homi-

Homiliis de septem sacramentis, secundum ecclesiam Catholicam, vnde nihil nos morantur muscæ Aegyptiacæ.

Quæ adfert author de diuitiis Episcoporũ Germaniȩ satis inuidiose (quoniã & ĩ Gallia, vbi sex ex eis sunt pares regni in Hispania, in Anglia, & maxime in Hũgaria ante vastationẽ Turcicã, fuerũt diuites) rogatq; vt considere-tur, quãta detrimẽta ecclesiæ, quantæ clades, ex opulẽtia & imperiis Pontificũ & Episcoporũ secutæ sunt. Nõ didicit ex Plauto, qui inuident egent, quibus inuidetur rẽ habent. 15. In diuitias Episcoporum.

Hic est obuia via concordiæ, vt non esset opus Bucerum mori vel Melan. pro sarcienda concordia. Si ecclesiastici omnes cederent bonis atque Ludderanis darent dominia, principatus, ciuitates, arces, oppida, sylua, thelonia, census & redditus: iam esset pax confecta, nõ diu disputaretur super articulis recõciliatis, vel irrecõciliatis. At nemo bonus dicet, res sacra concilium. Miror sæpe & in faciem obiicio laicis vociferantibus contra opes episcoporum, vt sunt insigniter stulti, nam primo intueantur aulam totam Episcopi, vix inueniẽt vnum vel alterum clerũ, sed sunt comites, Barones, nobiles, laici, quod Episcopi Italiȩ, Galliæ, & Angliȩ non faciunt. Clamate ergo, etiam furiose contra opes episcoporũ, vos laici, quere quis deuorat has opes, nisi vos laici, & Deus faxit, ne sitis Lutherani, vel hostes Ecclesiæ. Porro si principatus iste non pertineret ad Episcopum, nõne proprium esset habiturus principem, per conscientias vestras & mille experientias, obtestor: an non mitior sit in nobilitatem & subditos, princeps Episcopus, quàm princeps hȩres dominij esset futurus. Expergiscimini, expendite, quæ dico, ne concilium consultori sit pessimum. Consiliũ pro cõcordia.

Totã formam veteris ecclesiæ mutauerunt opes & regia dominatio Episcoporũ, q̃ causa fuit magnæ caliginis. 16. Prim⁹ rex sacerdos.

Nõ video hoc iuste tribui ecclesiasticis diuitiis, nã primum regem inspice in sacris literis, & inuenies Melchisedech. Moyses dux populi Israelitici sacerdos fuit. Samuel iudex fuit & sacerdos, aut saltẽ inter eos qui inuocabãt nomen domini: Cõmixtȩ quoque cõnubiis erant tribus regia & Leuitica, vt de Ioiada liquet: de Machabæis, qui fuerũt Leuitæ: & Aristobolus imposuit sibi diadema regium, licet aliqui hoc Hircano imputent: liquet quoq; ex registro Psalm. 98 4. Re. 12. Lib. 1. epi. 2. li. 5. epi 10. Lib. 6 epistol. 23

B.Gregorij eũ habuiſſe patrimoniũ Sancti Petri in Sicilia in Narbonen.Gallia,in Ethruria,in Campania,&c. Et tamen fuit vir doctiſſimus,& cultus diuini obſeruãtiſſimus. Multos alios enumerare poſſem, quibus diuitiæ non fuerunt impedimento,ſed adiuuabant eccleſiaſticam dignitatem & religionem.

Quod de paſtoribus,prædicatoribus,ſcholis affixit,reſpondimus in ſuperioribus.

Quæ Bucer corruptiſſima vita deformatus, ſcripſit de reformandis moribus eccleſiæ ac abuſibus tollendis,nolo in ſtateram appendere,ob cauſas ſuperius aſſignatas.

DE SVPPLICATIONE D. D. PFLVgij & Groperi contra Eckium manſueta & patiens Eckij defenſio.

Affixit Bucer homo pacis impatiens, ſartor ſatorque malorũ farragini conuiciorũ ſuorum, ſupplicationẽ quandã per egregios dominos Iuliũ Pflug,& Iohan. Groperum Illuſtriſſ.Principi Frederico Comiti Palatino ac Bauariæ Duci,& illuſtri domino Nicolao pernoto domino à Granuella(Bucero ita narrãte)oblatam. Ego qui noui dolos Buceri, & ad eius maledicta occallui, malim credere ab eo confictum,ad lites excitandas,q̃ quod quicquam huiuſmodi à viris iſtis ſpectabilibus ſit profectum, ſine fraterna monitione præuia:nam ſic abij Ratiſponæ ſatis tarde,ob aduerſam valetudinẽ 30.Iulij,quod nec verbum ſuper eo à quoquam intellexi,aut audiui, vſque dum farraginem Bucij impreſſam in manus accepi. Ideo non eſt mentis meę quicq̃ acerbius in dominos illos dicere,niſi quod Bucer fingit illos eſſe accuſatores meos: quod ſi in publicũ prodierint,& tales ſe exhibeant,quales pingit Bucerus,reſpondebo honeſte,vt debeo: verum meliora mihi de his grauibus viris polliceor,veteri amicitia non vulgariter mihi iunctis.Nam ſi etiam nata eſſet ſupplicatio,proueniſſet à malo impulſore.

Nulla fraterna admonitio prçceſſit.

Primo deſpiciamus quibus ſplendidis titulis Bucer ornat Eckium:nã inter ſuggeſtores,me receſet, principum, qui noluerũt acceptare articulos conciliatos. Idoneç, qui ter febre correptus aurigine læſus, proxima diſpoſitione ad Hydropoſim timidus,qui tot ſeptimanis nunquã ædes

Ironia.

exire

exire potis eram,cucurri per aulas principum, & eis sug-gessi,ne acceptarent articulos pro conciliatis eis vēditos. Audi Bucere,quam apertus est Eckius:affirmat palam, si sanus fuisset, & Cæsarem Carolum à Deo coronatum & omnes principes Catholicos monuisset, vt cauerent à dolis tuis & sycophantiis,quia concordiam quęris non verá, sed in speciem & fucatam, quod in te vehementer improbat Melanchton, longe in hoc te melior. Et quibus suasionibus id fecissem,superius ex annotationibus libri, ex examine articulorum tuorum, ex defensione principū catholicorum, ac pientissimi legati Pontificij, non obscure intelligis:Quod si in arenam contra me descenderis, tunc primum fortem exercitum ac panoplian aduersus te producam,& veteris legionis militem. Eckius apertus.

Bucerus hoc titulo me decorat, Eckij, inquit, veteris nostri oppugnatoris,& hominis his virtutibus,quæ cōueniunt Romanēsis disciplinę defensori,admodū nobilis E. Profiteor ingenue,me sicut Catholicū ecclesiæ obediētem filium,domini auté nostri Christi indignum seruum & sacerdoté,oppugnasse,oppugnare,& oppugnaturū esse,dum spirit⁹ hos rexerit artus,errores,deliquia,& lapsus vestros. Sicut simili ferme sententia scripsit ad me potētissimus ac victoriosissimus princeps D.Sigismūdus Rex Polonię ac magn⁹ Dux Lithuaniæ. Restitim⁹,resistimus,& resistem⁹ conatibus illorū,quoad vixerim⁹ diuino numine aspirāte. S. Rex Polonię.

Nec me mouet, ꝙ inuidiose me traducis defensorem Romanæ disciplinæ,qui minimum membrum sum sanctæ Romanæ ecclesiæ, tamen cum B. Hieronymo clamo humiliter ad Ro. Pontificem. Cathedram Petri & fidé apostolico ore laudatam,censui consulendam:profligato à sobole mala patrimonio,apud vos solos incorrupta patrum seruatur hæreditas, & in. Ego nullum primum nisi Christum sequens,beatitudini tuæ consocior;super illam ædificatam ecclesiam scio, quicunque extra hanc domum agnū comederit prophanus est,& in alia Epist. Ego interim clamito,si quis cathedræ Petri iungitur,meus est:at ab ecclesia malignantium me prohibebo iuxta iussum Moysi. Recedite à tabernaculis hominum impiorum,& nolite tangere,quæ ad eos pertinent,ne inuoluamini peccatis eorum. Ecki⁹ Romanista īuitis Luderanis ad Damasum Papam. Nume. 16

3. Bucerus narrat me de altera parte inter tres ab Imp. designatum ad colloquium, & interfuisse colloquio vsque ad articulum de Eucharistia: ista sunt vera fateor, at mox subiicit de suo. Nihil fuisse conciliatum in libro, quod non mea quoque sententia comprobatum sit. In hoc vehementer errat, quòd mihi liber displiceret, nec reticui sententiá animi mei. Nam hoc ipsum prius dixeram Illustri domino à Granuella, & filio eius Reuerendiss. Episcopo Attrebaten. dixi Melanchtoni cui etiam processus libri displicuit, quare hoc retuli ad Illustriss. Principem Federicum, suggerens expeditius fore, si secundum ordinem confessionis Saxonicæ, Augustę oblatæ, procederemus, ex causis per me allegatis, iamiam enumerandis. Non displicuit Illustrissimæ D. suæ mea propositio, dixit tamen se locuturū super ea re Melanchtoni: qui respondit, placere sibi ordinem confessionis & Apologiæ, attamen quia Im. proposuerit hunc librum, non licere à iussu suæ Maiestatis recedere. Causæ per me motæ erant, quia liber esset talis: qui non per omnia posset recipi à catholicis, multo minus à protestantibus. Secundo inseruisset plærósq; articulos nō controuersos, quos controuertere adferret dispendiū temporis, cum magno fastidio Illustrissimorum principum & statuum Romani Imperij, qui præstolarentur finem colloquij nostri, magnis impensis, & iactura tot dierum, qui festinarent redire ad prouincias suas. Tertio quia articulis in se veris, aliquando declarationes essent adiectæ minus receptæ, imo repudiandæ. Quod autem Bucer non veretur de suo expuere, nihil esse in libro cōciliatum, quod nō sit à me comprobatum: Noli Bucere iniuriam facere ἀλήθειᾳ, qui nostri Eckium non tam malæ memoriæ (cū vestri mihi soleant eruditionem detrahere, sed memoriam permittere) vt actorum sit oblitus. Primum art. I. Libri recepi, explanationem non. Art. II. probaui, licet neuus magnus sit in declaratione. Art. III. probaui, at declarationem minime. Art. IIII. probaui iuxta Vuormacien. concordiam, declaratio non fuit prælecta, sicut iam edito libro, cōcordia Vuormacien. non est substituta. Art. V. probaui, at declarationem multis nominibus dixi reiiciendā, quæ etiam á diuersariis non fuit recepta, sed alia declaratio

Margin notes: Ecki⁹ nūq̄ probauit librum. — Cur liber repudiandus. (1. 2. 3.) — Veritati — Quos articulos non probauit. ECKIVS.

tio post lógam velitationem supposita, quam etsi à modo loquendi catholicorum dissidentem perspicerem, nolui tamen contendere verbis, dum aduersarij sane interpretarētur, verba quæ mihi suspecta videbantur. At quod in calce adiectum fuit de sola fide, adeo non probaui, vt improbarem maxime, his tribus causis, 1. quia scriptura non vtitur illa vocula Sola: & Luderani semper clamant se nihil recepturos, quod non è scripturis sacris proferatur, 2. quia Augustæ Luderani cesserunt cum illa voce, qua de cætero deberent abstinere, 3. quia Luther dixit ex huiusmodi prædicatione multa nasci scādala, & homines fieri carnaliter securos, 4. Memor es Bucere, quod tibi scriptum tuū obieci: Nam vtcunq; insanias super Matthæo, fide sola nos iustificari & saluari sine operibus, quo mundus tantopere offenditur: at super Psalmis rectius sentis, eos improbans, qui fide sibi placentes, nullis bonis operibus incumbant: diuus Iacobus & patrū nō pauci, præcipue vero inter hos Chrysostomus, sola fide nos iustificari, pie & recte negarūt, sed de fide intellexerunt, quæ bonorū operum sterilis sit, eoq; mortua, vt iam nec fides sit. Sola fide nō suffici

Itaque etiam si consutus dolis, in omne malum te obfirmaueris, nunquam euinces me consensisse, vt sola fides iustificet, plura scio de actis, quæ non attinet in præsentia dicere, at vbi res expostulat, abunde aperiam.

4. Ex stomacho suo subdit, tamē vbi vidit requiri operam suā ad impediendū, ne conciliati articuli reciperētur, in ipsum consilium principum misit hoc testimonium.

Neq; placuit, neq; placet liber iste insulsus, neq; placebit, in quo tot errores & vicia deprehendi, vnde iudico, sicut semper iudicaui, eum à Catholicis non recipiendum, qui relicto modo loquendi ecclesiæ, Melanchtonizat. Verum.

Et idem ego Eckius non consensi, neq; vidi librū Cesareę Maiestati oblatū, sed solum prælecti mihi fuerūt articuli Ludderanorū, multo minus cōsensi in scripturā quādam, quę dicitur Imp. oblata cum libro, quā nōnunq̄ vidi. Verum.

ECKIVS SVBSCRIPSIT.

Fateor me requisitum à principe, cui nihil non debeo in causa religionis, vt dum per paraxismos nihil possem scribere, misit ad me denuo, vt dictarem, quod feci

& magister missus ex ore meo excepit, & ægre subnotaui: Eckius subscrip. non quod Bucius annotauit, Eckius scripsit: Memor sum plures fuisse articulos, at maiorem partẽ Bucerus in gratiam meam, vt est homo pius & misericors, omisit: ego non misi in senatũ, neq; sciui scriptum esse missum. At si princeps meus catholiciss. misit, ratum & gratũ habeo inuito Bucero.

5. Et hoc mihi imponit Bucer, cum videret, inquit, librũ non vti formis loquendi scholasticis, sed scripturæ & sanctorum patrum, statim initio colloquij, quàm fastidiret ac contemneret hunc librum, haud obscure præ se tulit. Egregie vt omnia scilicet Bucerice. Audi apostata, non vtitur Eckius forma loquendi scripturæ & patrum: Cur ei non respondetis ad scripta sua de primatu Petri, de pœnitẽtia, de sacrificio missæ, de purgatorio, Commentaria psalmorum 1. & 20. & Aggæi prophetæ, ad tot Homilias de tempore, sanctis, sacramentis, decalogo. Cur non ad alia multa quæ edidi contra disputationem Bernen. quæ disputaui Lipsiæ, quæ Badæ, confutationẽ item ordinationis Brandenburgen. solus ille indoctus prosiliit Grammaticus Hosander, quem tamen nõ indocte excepi, nec inhumaniter, vt merebatur. Scio quòd Vuittenbergij iactarent ante cõgressum Lipsensem, Eckius erit impar Carlstadio & Luddero, quia allegabit suum Scotum, Ockam, Thomam, &c. at contra illi proferent Augustinum, Hieronymum, Cyprianũ. Sed quid dixit ad me catholicus & immortali memoria dignus, Dux Georgius Saxo. Video & vos afferre ecclesiasticos doctores & scripturas, & pertinentius, quàm aduersarios vestros, qui iactabant antea, vos sophistam, & quòd sanctos doctores non legeritis. Bucere, oblitus es ne veteris prouerbij, vt Hiero. inquit: Mendaces memores esse oportere. Primo iactasti, quomodo librum hunc (profecto non probandum) comprobauerim, iam affers me illum contempsisse ac fastidiisse.

Geor. Saxo.

6. Post finẽ colloquij, ei, à collegis suis rursus cognoscẽda, præsentata sunt, quæ vt conciliata, etiam Imperatori offerebantur, & eius assensu Imp. exhibita sunt. Forte autumat Bucius infirmitate excidisse memoriam actorum, fateor venisse collegas meos, & mihi languenti in lecto prælegisse,

legisse, articulos Ludderanorum & nescio quæ alia, dum autem grauiter laborarem, & vix tertiam partem caperem eorum quę legebantur à D. Gropero, & ipsi videntes plus gemitibus intentum, quàm eorum petitioni, vltro obtulerunt se redituros, quod fuit mihi gratissimum. Verum qua causa impediti, non redierit, ignoro: Nam die meliori (vt medici præstituunt) potuissem librum, & articulos & omnia perlegisse, pro ea quæ in me est, legendi celeritate. Imputet ergo Bucius negligentibus & non redeuntibus, si quid neglectum est, non languenti Eckio. Quod subnectit excucullatus apostata, vane & imprudenter me scripsisse articulos de libro supra memoratos, vt vanum & impudẽs Buceri iudicium dimitto, malo agere cum amicis. Groperus nõ rediit ad Ekciũ sicut promisit.

AD SVPPLICATIONEM CLARISS. VIrorum D.D. Iulij Pflug & Iohan. Groperi, opera Buceri in gratiam Eckij publicatam, eiusdem Eckij amica responsio.

Confictam hanc esse suspicor supplicationem, cum nõ sit boni viri proximum nihil huiusmodi cogitantem, maxime collegam, sine admonitione præuia, traducere, & innocentem accusare, minus hoc facturi sunt viri optimi, at quia maledicentia Buceri, qui gaudet litibus, hæc prodierunt, necesse est non negligere famam, sed respondere, omni tamen modestia, quoniam non est mihi animus lædendi collegas, & quod adhuc nesciam, an supplicatio illa sit collegarum, aut Buceri, nam si collegæ me nihil huiusmodi merentem, theonino dente arroderent, censuri essent & ipsum Eckium non edentulum.

1. Queruntur se grauem calumniam passos, quod scripto suo in senatum sacri imperij transmisso, testatus sit Eckius, librum exhibitum neque placuisse, neque placiturum ob tot errores deprehensos. Quem etiam nullis rationibus additis damnarim.

Amici, quę assertis in librum dixi, non nego at cur hęc in personas vestras recipiatis, nisi essetis authores libri, nescio, librum reiicio, non vos collegas meos, neque misi in senatum imperij.

2. Audiuimus eum in singulos articulos censuras con sarcinasse, vbi astruat librum nullius esse momenti ad com ponen-

ponendas religionis discordias. Et hæc dicitis me febrici tantem impetu animi effudisse.

Amici, quæ præpropere illustrissimis & vere catholicis (vt tota nouit Germania) principibus meis scripsi, vt intelligẽtiam articulorũ haberent, nõ diffiteor. Et iã hoc libro in publicũ orbi trado, adeo nõ me pœnitet facti. At quid hæc ad vos, de libro, qui non est vester. Non autem impetu effudi, sed pro zelo in ecclesiam & fidem catholicã, & pro mea in principes meos obseruantia, nam ob id mihi largiuntur stipendia, vt quoties veteris religionis ac fidei catholicæ negocium occurrat, eis inseruiam. Hoc sciant omnes desertores fidei, etsi mea sponte se.ap. & fidem catholicam defendere paratus sim, tamen etiam ab optimis principibus ad hoc conductum, vt nõ mirentur, cur strennui militis indefessam operam præstem.

3. Euicit Eckius, vt illustrissimi principes Bauariæ, & per hoc alij, in hanc sententiam adducti sint, vt velint hæc eadem à Cæsarea Maiestate approbata.

Amici, puer iste aliam habet matrem, at prouerbialiter dicitur: Non existimate, me ista non intelligere (si saltem vos estis supplicantes) quia non à vobis prodierunt, sed quispiá ægre tulit, Catholicos principes noluisse acquiescere consilijs male institutis, hinc illæ lachrymæ, & hanc fabam in Eckium cudunt. Belle, quicquid desipiũt Reges plectuntur Achiui. Vtcunque amici, nõ mihi hoc arrogo, principes per me adductos, quorum nullum per ægritudinem potui alloqui: sed vt prudenter, circunspecte ac catholice agerent, & frangerent dolos Sinonis istius Buceri, Deus fecit, & spiritus sanctus cui curæ est apostolica ecclesia, eis hoc inspirauit. Tenetis? Credite.

At modo Collegæ mei incipiunt rhetoricari, & argute quidem.

A dubio. 4. Si priuato consilio in hoc negocium essemus permoti, si liber ab Imp. oblatus (non à nobis profectus) non fuisset cum Eckio prælectus. Si non fuisset à summis viris ante colloquium comprobatus, si non Eckius maximam illam libri partem, & quæ concordata sunt, sana, non tantum voce, sed partim scripturæ suæ testimonio recepisset, haberet quod prætexeret: festiuissime ista.

Amici,

Amici, Liber iste fuit prælectus vobis duobus prælectoribus, & confestim à me improbatus: Si essem tam suspicax non deesset, quod diuinarer, at in fine vbi fuit mutatus liber, & Imperat. Maiestati præsentatus, nec à me visus est, minus lectus: Cuperem audire nominatim, qui sint 1. Iohã. 4.
illi summi viri, qui probauerunt hunc librum, Didimus sum, non credo omni spiritui, nam de eis hodie dico, quod supra memini me illustri D. à Granuellaresp͂odisse. Quod iactatis me recipisse illa concordata. Respondeo cũ cæco illuminato. Dixi vobis iam & audiistis, quid iterum vultis Iohan. 9
audire? Si clausus essem carcere, errores illos non comprobarem, quanto minus comprobaui in liberis comiciis. Exhibete scripturam, estote fortes, & Eckium cõuincite syngrapha, ad Græcas scilicet Calendas.

5. Non metuimus Eckium vllum fucũ vobis facere posse, superioribus expensis, at si Echiana persuasio obtinuerit, & vos in grauem suspicionem adducimini, qui Cæsarem non in tempore monuistis.

Amici, Rhetorismi facite finem, non me traducatis & odiosum faciatis principibus viris, ob sinistram, vanam, & friuolam suspicionem. Volo & ego clementissimum Imp. nostrum Carolum Deo amantissimum, adhibere fidẽ magnis illis viris, at neuter credo arrogabit sibi, in articulis fidei maiorem noticiam, quam habeant Theologi omnium nationum, ad quos se remittit Eckius.

6. Gratias agũt Deo, quod dominationes eorũ audierũt Eckiũ sua voce, nobiscũ approbare, omnia cõciliata. Gratia Deo, quod Eckij manus apud nos est, eũ approbasse articulũ iustificationis, iuxta sententiam, quã liber ab Imp. oblatus amplectitur: Et author fuit vt ex puncto illo articulo, qui copiosior erat in libro, macrior ille sit substitut⁹.

Amici, Quàm prodigi estis agendo gratias Deo, vbi 1. Thess. 5
non oportet, sancta est diui Pauli instructio. Semper gaudete sine intermissione orate, in omnibus gratias agite, hęc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Iactantia vestra inanis est, ne durius dicam, me falsa & erronea approbasse. De syngrapha iam dixi, proferant si quid habent, iterum dico proferte, alioquin Eckius & totus mũdus aliud iudicabit. Sed bene res agitur, vlcus mõstratur,

ſtratur,in articulo iuſtificationis. Hoc primo dixerim,nihil indoctius toto libro me audiiſſe, quàm iſti'articuli declarationem. Amici negatis adhuc? exiſtimate Eckium tá memorem,vt illius deliquia puerilia, & ſophyſtica poſſit proferre, quandocunque eum vrgebitis. Cordato cuique viro hoc confirmo ſigno male explicatum articulum in libro,quod hic alium ſubſtituerunt articulum, genuino repudiato. At ſi hunc librum Cæſar approbauit, cur temere in contemptum Maieſtatis ſuæ,articulum propria authoritate reieciſtis.

Aut ſi ego probaui articulum iuſtificationis & in libro quomodo accuſatis me fuiſſe authorem expungendi articulum,puta quia cum leone congregatis vulpes.

Amici,additis articulum fuiſſe copioſiorem repudiatum,macriore ſubſtituto,quis vobis credat,vt hanc permutationem feceritis?Glauci ſcilicet,& Diomedis, velut Iuſtinianus Imp. in proemio pandectarum illius Homerici meminit,vt additus ſit ieiunoſior.

Amici,dicitis me approbaſſe articulum libri de iuſtificatione,fateor, at quod declarationem inutilem probem mancam,mutilam,infantilem,nec Dea fides mihi perſuadebit. Amici, dicitis articulum macriorem per me ſubſtitutum,vos fallit memoria. Ergo ne Eckius relicto eccleſiaſtico modo loquendi erit ſimia,Luderum,Bucerum, & Apologiam imitabitur: & permittet ſpeluncæ hæreticorum,ſola fide nos iuſtificari. Abſit hoc, & deum precor, ne vnquam patiatur me in has cadere inſanias.

At Lectorem alloquar.Cum declaratio libri ſuper articulo iuſtificationis legeretur, nec tamen aduerſarij reſpondere poſſent ad ſophiſmata(ſicut dixi Melanchtoni, quid dares,vt à parte tua eſſem,& meros illos cauillos detegerem)nec etiam cedere vellent, & duo colloquia inaniter perderemus cum iactura temporis, ego Coryceus auſcultabam,quorſum iſta pertinerent:tandem faſtidio impatiens,alloquebar collegas.Sinite librum, quia maior eſt diſputatio de acceſſoriis,quam de principali. Et ita propoſui,in re ſunt quatuor,quæ vtrinque aſſerimus.

Pecca-

Peccatum.	Fides.	Charitas.	Opera.
1	2	3	4

In re conuenimus,at in verbis,& cui debeatur iustificatio,discordamus.Nam in primo gradu,quando est peccator,nemo dicit eũ iustificari,at in secundo gradu, quando ille credit sibi remitti propter Christum,hic vos dicitis hunc peccatorem iustificari,nos contra dicimus, hunc habere viam ad iustificationem,sed nõdum iustificari,nisi adueniente charitate, dicente Iohanne: Qui non diligit, manet in morte. Ergo cum in secundo gradu, nondum diligat Deum,adhuc est in morte peccati mortalis. Dispereã si illa vnica inductio non sit succosior,quàm multiloquentia sophystica libri, & etiam quàm sit illa recens suppositicia & macra declaratio,cuius me patronum(si diis placeret)libenter faceretis,tantum abest à vero,vt hunc articulum,vel cõceperim,vel substituerim,addidi præterea,quia sola in sacris scripturis non legatur.Paulus fidem dicit nihil esse sine charitate ad Corinthios,factores legis laudat Romanis,fidem quæ per dilectionem commendat ad Galatas.Iacobus Apostolus mortuam dicit fidem sine operibus.Iohannes & ipse Apostolus eum dicit manere in morte,qui non diligit.Contra tot Heroes, imo contra spiritũ sanctum Eckius consentiet aduersariis,solam fidem iustificare? Absit. Es memor Gropere,quid mihi obieceris coram Reuerendiss. D. Legato, ego modestiam pollicitus sum & seruabo,quod si redieris,hæc audies & plura. 1.Iohan.3

Optant vt tantum meriti essent apud illustrissimos Bauariç principes & assentientes,quod prius auditi essent de conciliatis articulis,antequam damnarentur. 7.

Amici,Cur non reddidistis rationem Catholicis principibus super articulis,qui falso iactantur reconciliati, vel adhuc proferte, & humanissimos ac Christianissimos, & summa pietate principes experiemini. Et si meis satisfeceritis motiuis,non sum pertinax,libenter cedo,dum meliora videro,at præstare non potestis.

Rogant illustrissimũ Principem,ac illustrem dominũ, vt eos ab iniqua vindicet calumnia,iniurias patienter scimus ferendas, sed crudelis hominis est negligere famam. 8.

Amici, cur frustra doletis, pueris flentibus dicere solemus, quis tibi abstulit panem, iniusta à iustis impetrare nõ decet, fingitis nescio quas calumnias & iniurias, sistite, & expendite, vultis ne Eckium calumniatorẽ dicere? prodibit iurecõsultus & vos faciet pœnitere maledicentiæ. Etiã si vera essent omnia, quæ fingitis, an eo quia à vobis dissentio, ideo vobis calumniam infero? Ideo vos iniuria afficio? ex quo iure ciuili vel canonico has illepidas inferetis consequentias. Nolo aceto aspergere dicta, memor promissæ modestiæ, alioquin dicturus, hic homo olet malo suo, & quod subdolus prestigiator Bucius, pomum hoc discordiæ inter nos iecit, vt suas fraudes latius propagare posset. Ego arbitror vos veteri esse in Ecbium animo, hoc est, amico & beneuolo, eundem stabilem & firmum apud eum inuenietis, expendite eum consentanea fidei catholicæ dixisse & probasse, sed exotica obelo iugulasse, vt debuit. Oremus Deum mutuiter, vt Cyprianus Cornelio Papæ se commendebat.

ILLVSTRIBVS ET EXCELLENTISSIMIS DOMINIS D. NICOLAO

Pernoti à Granuella, magistro Scrinij, libellorum sacrarumq; constitutionum ac Imperialis sigilli custodi, Et D. Ludouico, Domino Prati supremo Imperiali Cubiculario, Patronis suis pientissimis obsequia offert parauissima.

E. EDIDIT Bucerus Proceres illustres acta Comiciorum Ratisponen. sublesta fide: & in his egregie aliquando adulatur, vbique autem simulat religionem & pietatem, quã

2. Cor. 11 nunq̃ præstat, neque præstare intendit, sed omnia quæ Christianismi sunt temerare præsumit. At diuus Paulus nos ab hac impia simulatione præmonuit, dum Corinthiis scriberet. Ipse enim sathanas transfigurat se in angelum lucis, non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur

figurentur, velut ministri iustitiæ, quorum finis erit super opera eorũ. Nam eiusmodi pseudoapostoli sunt operarij subdoli transfigurantes se in apostolos Christi: qualis pręcæteris est Bucerus, patriarchas suos imitans, Arriũ, Eutycen, Pickardum, Hussum & similia monstra, nã in ipsa primitiua ecclesia martyrum huiusmodi simulatione fallebãt simplices: vt docte Cyprianus monuit pręlatos loquẽs de diabolo & filiis eius hæreticis. Qui secũdum apostoli vocem transfigurat se velut angelum lucis, & ministros suos subornat, velut ministros iustitiæ, asserentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub prætextu fidei, Antichristum sub vocabulo Christi: vt dum verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate frustrentur, cum pluribus aliis quæ sequuntur de primatu S. Petri & vnitate Ecclesię. Quæ sancti Martyris verba, si quis conferat cum epistola Buceri ad T. Illustrẽ dominationem Ludouice, mox agnoscet eum suis coloribus depictum. Et accurate hunc dolum hæreticorum Bernardus expressit. Hi sunt, inquit, qui veniunt in vestimentis ouium, ad nudandas oues, ad spoliandos arietes, intus autem sunt lupi rapaces, hi sunt oues habitu, vulpes astu, actu & crudelitate lupi. Mali sunt, & videri boni volunt, mali videri timent, ne parum sint mali. Etenim minus semper malitia palam nocuit: nec vnquam bonus, nisi boni simulatione deceptus fuit, neque enim est apud eos virtutes colere, sed vitia colorare, quasi quodam virtutum Minio. Recte monuit B. Gregorius peculiare esse hæreticis, vt simulata humilitate fideles decipiant. At ne incauti catholici fucis verborum & simulatione impia seducantur, detraxi lupo rapacissimo ouium vestem, & asino Cumano pellem leoninam, vt aduertenti non facile imponat, vtcũque iactitet regnum Christi, instaurationem ecclesię, sacramentorum puritatem, ministrorum ecclesiæ pietatem, antiquum est prouerbium, plures Thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos. Simulat pietatem, vt ferat impiam suam doctrinam & sacrilegam, at adeo in sole posui eius dolos & fallacias, vt catholicus quisque illas vitare valeat, & ei insultare, & dicere sicut Septitiano. Decipies alios verbis vultuque benigno: nam mihi iam notus dissimulator eris.

Cyprian. de simplicitate prælatorum.

Bern. super Cant.

Matth. 7

Li. 3. moralium.

Cum

Cum vero vos Illuſtres domini, diuo Imp. noſtro Carolo V. à deo coronato, in hoc ſacro fidei negotio conſiliis veſtris aſtiteritis, & peruigili diligentia impenſe laborauerit is, ſi in religione & fide pax & concordia ſtatui potuiſſet in Germania, ſi aduerſarij nõ pertinacius in ſemel cõceptis erroribus obriguiſſent: quapropter & veſtris excellentiſſimis dominationibus volui noſtras agologias & annotationes communicare, vt certius valeatis Neſtoreo veſtro officio apud glorioſiſſimum Cæſarem ſatiſfacere, & ipſe veſtigia piiſſimorum Imperatorum ſequens, Conſtantini magni, Valentiniani, Gratiani, Theodoſij maioris, Theodoſij iunioris, Marciani, Iuſtini, Iuſtiniani, Caroli magni & aliorum Imperatorum & Regum Catholicorum fidei integritatem cõſeruet, eccleſiam defendat, & exurpatis ac extinctis hæreſibus veram religionem triumphare faciat. Ego me Illuſtribus dominationibus veſtris catholicis commẽdo. Valete Ingolſtadij 18. Decembris Anno ſalutis ſeſquimilleſimo 41.

Illuſtrium D. V.

deditiſſimus

Io. Eckius.

SOLI DEO GLORIA.

Cur reformatio Bucerana indigna ſit, qua repudiando bonas horas male locemus, non ſemel ſuperius in libro aſſignauimus, exclamaret contra eum Menedemus Terentianus: Dij veſtram fidem, itan comparatam eſſe hominũ naturam omnium, aliena vt melius videant & iudicent, quàm ſua. At valeat Suffenus, qui non videt mãticæ, quod in tergo eſt.

Ingolſtadij VIII. Decemb. XXX. ſcilicet die poſtquam incœpta eſt apologia pro Catholicis principibus. Paulo III. Pontifice & Carolo V. Imp. Pio Felice Augu. orbi Chriſtiano præſidentibus. 1541.

FINIS.

9

¶ ORATIO HABITA RATISPONAE IN COMITIIS IMPERIALIBVS, EPIscopis, oratoribus & prælatis præsentibus in cœna domini.

22 h

REVERENDISSIMO EPISCOPO BAMbergen. Vuigando, Eckius. S. D.

ORationem ad clerum heri habitam (cum cōmode interesse non posses ob valetudinē) ad te mitto: scio plura potuissent tractari: scio quomodo lauandi erant pedes: sed nec tempus patiebatur, nec consultum fuerat acerbiora dicere in eos, qui asperitate sermonis potius fuissent indurati quàm ad meliora reducti.

Vale Reueren. Antistes ex ædibus Ratisponæ.

IN NOMINE TVO DVLCIS IESV.

¶ Hic est panis qui de cœlo descendit, Ioh. VI.

SOlent huius sæculi oratores in rebus plerunque prophanis, miro dicendi artificio, auditorum animos demulcere, & lōgis verborum ambagibus paruitatē excusare ingenij, quod impares sint magnitudini rerum, quas ornēdas susceperint. At quia nos Christianos, Reuerendissimi, Reuerendi, ac venerabiles, patres & domini, non decet curiose flosculos orationis cōquirere, nec pictę munia linguę: sed cum omni humilitate, & mansuetudine animi ac domini, timore, non reformidamus de altissimis ac abtrusissimis fidei nostræ mysteriis disserere. Sicut Paulus Euangelium non erubuit: Quanuis autem in mysteriis illis explicandis, Roma. I
nulla verba sufficiāt, sed nec sufficere possunt, cū intellect⁹ noster illa comphendere nō valeat: Siquidem DEVS est supra omnē captū nostrū, sup omne id quod dicit aut cogitatur: vt stupēs exclamaret Isaias. Vere tu es DEVS abscōditus: & S. Paulus fateret. Qui sol⁹ inhabitat lucē inaccessibilem: Sic Dauid, cū expēderet Moysen nō locutū cum domino, nisi in caligine, in excessu suo dixit. Posuit tenebras in circuitu suo latibulū: & simile repetit in psalmis. Nubes & caligo in circuitu ei⁹: Sicut tenebrę ei⁹ ita & lumen eius.

Ansh. Isaiæ. 45 1. Tim. 6 Exod. 32. 2. Reg. 22 Psalm. 96 Psal. 138

Ob hác quoq; mysteriorũ altitudinem & incõprehensibilitatẽ rectè Dionysi⁹ Areopagita dixit, Theologiã esse adopertá caligine silentij: Silẽtium intelligo, nõ solũ quod in Phedõe Plato somniauit, sed illud quod arcanorũ conscius Ioãnes ꝑ apocalypsim vidit. Et cũ apuisset sigillũ septimũ: & factũ est silentiũ magnũ: cũ tamẽ angeli nunq̃ sileant: sed iugiter clamát, Sãct⁹, Sãct⁹, Sãct⁹ domin⁹ DEVS Sabaoth: Si ergo mysteria altissima effari nõ possum⁹: tentem⁹ tamẽ talib⁹ verbis, vt possum⁹, & vt cæc⁹ de sole loquit: Silẽtium ergo diuinum obseruet Theolog⁹ stuporis & admirationis, in terra tamẽ dominũ nunq̃ laudare cesset, & magnalia eius prędicare. Quod & in ꝑsentia de altissimo corporis Christi mysterio facere balbutiẽdo ꝓposui: Quare tu sacer & venerãde cõfessus, me de venerabilissimo altaris sacramẽto ꝑorantẽ (nõ sicut debeo, sed sicut possum, & DEVS ꝓ sua clementia dederit) placidis auribus, pie & beneuole audiaris. Iuuate quæso præcibus, vt currat oratio nostra, ac ex intimis præcordiis dicite.

'e myst, heol. lato.

pocal. 8

saiæ. 6

¶ Veni sancte spiritus.

Dicturo mihi de salutari hostia, tanta cõfestim se offert copia & rerũ vbertas, tanta seges & amplitudo materiæ, vt omnino nõ timeã mihi defuturũ dicẽdi argumentũ: hæreo magis in dubio, quæ potiora ex immẽso illo mysteriorũ aceruo deligam, quæ animis vestris plus satisfaciant, ac DEI bonitatẽ magis cõmendent. Hanc eñ regulã nobis gentiũ Apostolus Paulus præscripsit. Omnia in gloriã DEI facite. Placet autẽ præfixũ orationi thema resumere ac prosequi.

Cor. 10

¶ Hic est panis qui de cœlo descendit, Ioan, VI.

Vbi in primis occurrit, & pulchrũ est quod Cyrill⁹ & alij sancti patres adnotarũt, ęternã DEI sapiẽtiã Christũ in eodẽ sermone de vario pane locutũ, & prudẽti artificio de vno ad alium transiisse, quo cõmode maiorẽ subministraret rerũ intelligẽtiã: Nã ante doctrinã de Eucharistia, stupẽdo miraculo, quinq; millia hominũ, quinque panib⁹ ordeaceis pauit, duodecim cophinis fragmẽtorum reliquis: Satiauit equidẽ famelicos pane cõmuni, corpore: magnũ profecto & omni admiratione dignũ: at maius fuit, quãdo hoc miraculo mentes eorũ erexit, vt magna & sublimia de Christo saperent ac intelligerent sacramẽta: & tantũ profecerunt, vt mox profiterentur. Quia hic est vere Propheta, qui vẽturus est in mun

oan. 6
anis primus.

dum: Propheta scilicet in lege promissus Deuteron. 18. Re- Deut. 18
deũtibus autẽ ad eum turbis, Christ⁹ saluator generali quadam pfatione eis exhibuit gustũ huius mysterij, vt paratiores redderẽtur ad mysteria sequẽtia in particulari intelligẽtia. Operamini, inquit, cibum qui nõ perit, sed qui pmanet Iohan. 6
in vitã æternam, quẽ filius hominis dabit vobis. Hic est ali⁹ cibus à cõmuni, quẽ domin⁹ pmittit se daturũ: Et vt huius desideriũ ac appetitionẽ eis ingerat: promittit eum permansurum in vitã æternã: & ne dubitẽt de promisso testatur hoc fieri DEO authore. Hunc inquit pater signauit DEVS. Altiora fuerunt ista q̃ quod à rudi plebe intelligerẽtur sed nobis prescripta sunt, vt manifestatis verbis Christi mysteriis fides nostra in fidelibus roboraretur. Hũc enim panẽ signauit DEVS pater. O diuinissima, signatio. O inexplicabilis fi- Exclama-
guratio, qua DEVS pater hunc panẽ signauit, plene figuram tio.
suã imprimẽdo, nõ solũ similitudine, sicut in aliis signaculis Apoc. 7
& sigillis fieri solet, & sicut serui DEI signati sunt, & frõtes Ezech. 9
gementiũ & dolẽtiũ super abominationib⁹, sed illã ipsissimã essentiã diuinã filio totã cõmunicãdo: vt sit ei homousios & cõsubstãtialis aduersus pfidissimos Arrianos, filij DEI blas- Hilarius
phematores, vt largiter B. Hilari⁹ lib. de trinitate psequit.

Altiora vt diximus fuerunt verba Christi & recondita: at quomodo gradatim, insigni erudiendi arte, adhuc rudes ad Eucharistiæ cognitionẽ euehat audiamus: Nã qui iuxta Rom. 9
scripturã excæcauit cor Pharaonis, excitauit corda turbę, vt Sap. 16
obiicerẽt panẽ cœlestẽ, panem deserti, Manna, tam religiose Panis se-
seruatum vrna in arca fœderis: Panẽ inquiũt, de cœlo dedit cundus.
eis mãducare Moyses. At debebant iuxta absolutissimã diui 1. Cor. 10
Pauli regulã nouisse. Quia omnia in figura contingebant patribus: Vmbram enim futurorũ habebat lex. Ideoq; latentem & recõditã debebant inquirere veritatẽ. Quod dũ Heb. 10
nescirent. Christ⁹ cõfestim detecta figura, & repulsa vmbra latentem producit veritatem, & ait. Non Moyses dedit vo- Iohan. 6
bis panem de cælo, sed pater meus dat vobis panem de cælo verum. En veritatẽ, ac si diceret, quid mihi vmbram obiicitis, Moysi panis typicus fuit & significatiuus, nõ verus: de cælo dicitur datus, quia more vulgi aer cælum dicitur. In cælo itaq; aereo ministerio angelorũ factus est: at cœlestis & verus panis de cœlo trinitatis descẽdit, & dat vitã mũdo: quia pmanet in vitã æternã. Adeo aũt comedẽtes Mãna nõ

Psal.77 habuerunt vitā ęternā,vt Dauid diceret, Adhuc escæ eorū e rāt in ore ipsorū:& ira Dei descēdit super eos:& occidit pin gues eorū: simili telo repercussit saluator noster Iudæos di-
Iohan.6 cens,patres vestri māducauerunt Māna & mortui sunt, qui manducat panē hunc viuet in æternum. Quare vos Iudæi, relicta figura, veritatē intuemini. Ego eñ sum panis viuus, Ego sum panis vitę:hic est panis,qui de cœlo descendit.

Panis tertius. Recte ergo existimo patres Sanctos intellexisse verba Christi, de pane supsubstantiali,& supercælesti,de pane essentiæ diuinæ & deitatis: de cuius fruitione satiātur omnes sancti:qui in nulla alia re totius mundi satiari possunt:solus enim DEVS est שדי omnium rerū sufficiētia, iuxta vulgare nostrum,Stat:quare vere est panis viuificans: panis de quo edunt omnes inuitati ad magnā cœnam Euangelij:Et vere
Luc.14 beati,qui ad cœnā agni vocati sunt: Neq. existimet aliquis
Apoc.19 non cōuenire Maiestati diuinæ,vt panis dicatur:nam Christus nos hoc metu liberat,cum Apostolis promisit. Ego dis
Luc.22 pono vobis sicut dispostuit mihi pater meus regnū: vt edatis
Psal.109 & bibatis super mensam meā in regno meo. O sacratissimū conuiuium,quo DEVS ipse panis est,qui cor hominis cōfor-
Ose.4 tat,reficit,pascit,& in æternū satiat,vt per Oseam promisit. Nūc pascet eos dominus quasi agnū in latitudine: Hāc cum
Psalm.26 nouisset Dauid in spiritu sperans dixit:Satiabor cum apparuerit gloria tua.

Præstat redigere quæ diximus in ordinē & contextum. Exorsus est saluator noster à communi pane materiali, licet miraculose aucto:dein trāsiit ad panē typicū, Māna: voluit autē eos quęrere in figura veritatē: Ideoq; in altissima cœli ascēdēs, ad summum fastigiū & apicē cogitationes eorū per duxit,ad panē cœli scilicet. Quod Iudæi optima quęque de cœlo sibi pollicerētur: puta de cœlo sperabāt auxiliū, libera
Deut.28 tionē,victoriā:& vno verbo abūde expressit Moyses. Ape-
Quartus panis. riet tibi dominus thesaurū suū optimum, cœlum:Post hæc vero iam digreditur ad alium panem cœlestē scilicet corporis sui benedicti,panem Eucharistiæ, panē altaris (qui etiā
Iohan.14 sane potest dici descendisse de cœlo per cōmunicationem Idiomatum,) Et panis, inquit, quem ego dabo, caro mea
Hebr.6 est pro mundi vita. Ditissima ac verissima promissio: sed qui promisit via veritas & vita est: Imo DEVS est: impossibile est autem DEVM mentiri:quare nulli catholico licet de veritate

veritate corporis dubitare: firmissime credat, & nullatenus dubitet, verũ corpus Christi realiter & vere præsens esse in sacramento altaris, vt clarissimis & minime ambiguis verbis ipse affirmat, accepto pane dicens. Hoc est corpus meum. Matt. 2

Abeant somniatores Manichęi, negantes veram Christi salvatoris carnem fuisse, sed duntaxat phãtasma fuisse & vmbratile corpus: Abeant Valentiniani negantes carnẽ Christi fuisse verè humanam, sed aeriam aut cœlestem: è cœlo allatam: Conceptus enim fuit dominus & saluator noster de spiritu sancto, natus ex MARIA virgine: & vt altiuolãs Aquila inquit. Et verbum caro factum est: de purissimis enim beatæ MARIAE sanguinibus, benedictum istud corpusculũ pueri IESV formatũ est, vt pulchre Damascenus explicat. Abeãt veteres & noui Caparnaitæ veritatem corporis & sanguinis domini in sacratissimo altaris sacramẽto ausu temerario negantes. Vuikleuistæ, Berengariani, & Zuingliani, blasphęme oblatrantes. Quomodo potest hic dare nobis carnem suã ad mãducandũ? durus est hic sermo: & quis potest eũ audire?

Manichę | Valentiniani. | Iohan. 1 | Dam. | Berengariani. | Iohan. 6

Reiectis enim his & aliis pluribus erroribus circa hoc sacramentũ exortis, sanctę Romanę & Apostolicæ Ecclesiæ fidem sequentes, credimus saluatorem nostrum præstitisse effectu, quod promisit verbis: vt panis quem daturus erat esset caro sua: vt illud ipsum corpus ex MARIA virgine natũ, passum, crucifixum in hoc admirando sacramento vere existat, cum omnibus partibus suis integrantibus: Et sic quidem est in sacramento, vt etiam totum sit sub singulis partibus & mutata panis substantia in carnem Christi, ac accidentia panis reliqua, miraculose subsistant: Vnde DEVS naturales actiones, ac si panis substantia præsens remansisset, operatur & cõseruat: Quod etsi vi verborum, & quod dici solet per se, sub speciebus hostiæ tantũ esset corpus domini: tamen quia Christus semel resurgens ex mortuis amplius non moritur, ideo necesse est esse viuum corpus, & ita animatum: at sanguis est sedes animæ: & quod DEVS semel assumpsit nunquam dimisit. Sicque per concomitantiã, adsunt corpori benedicta anima Christi, sanguis eius preciosissimus, ac deitas superbenedicta. Et hęc omnia quoque in calice sunt, eodẽ iure scilicet, concomitãtiæ. Hæc est vera catholica fides religionis Christianæ, qua docetur CHRISTVM locuplete ꝓmissioni suę satisfecisse. Panis quẽ ego dabo, caro mea est, pro mũdi vita.

Fides Ecclesiæ Romanæ de Eucharistia. | Rom. 6

Præstat recésere Bedam, vt altioré sensum hauriamus verborũ saluatoris nostri, nã illa pertractans, inquit: Pané hunc dominus dedit, quando mysterium corporis & sanguinis sui discipulis tradidit, & quãdo seipsum DEO patri in ara crucis. Venerabilis doctor geminã hic explicat dationé: nã incruétam & in mysteriis, qua CHRISTVS panem dedit carné suã: Alteram vero cruentam, vbi carné suã obtulit DEO victimã in cruce pro redéptione generis humani. Id euidéter ex Greco cognoscitur, vbi sic legitur: καὶ ὁ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ

Iohan. 6 σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. bis inquit dabo, dabo inquit pané, carné meã, dabo pro vita mũdi, vnde & in missa Græca, tã Basilij, quàm Chrysostomi appellatur sacrificium missæ oblatio incruéta, vt mox auditoris menté excitent ad aliam quoque oblationé cruẽtam intelligendã.

Admiremur itaque summam domini nostri IESV Christi erga nos charitatem, quando corpus suum benedictũ cœlo illaturus, hoc ipsum Ecclesiæ, suæ sponsæ dilectę, reliquit, vti thesaurũ preciosissimũ, neque enim potuit vel sacratius, vel preciosius pignus nobis relinquere charitatis suæ & vadem beatitudinis, quàm corpus suum proprium pro salute & redemptione generis humani in cruce oblatum. Et sanguiné illum suum fixura clauorũ in cruce effusum, & de latere cordis profluum ad lauandas & emundandas animas nostras.

O ineffabilem Christi dilectioné, O ardentissimã saluatoris charitatem, O inauditam & stupendam domini benignitatem, qui seruum carne sua pascit, & sanguine potat: vbi sunt tot charitatis insignia: quis desperaret de venia?

Luc. 22 Quanto autem amore flagrauerit Christus Lucas testatur, quando discipulis dixit: Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum quid aliud voluit his verbis, quàm quod & nos ardenti affectu hoc paschali tempore, pascha nostrum Christum mãducemus, in memoriam & gratiarum actionem amarissimæ passionis & mortis suæ: vt sit memoriale scilicet, perenne & nunquàm intermoriturum: Iussit hoc dominus. Hoc facite inquit in meam commemorationem: Iussit hoc minister suus in Euangelium segregatus. Quotiescunque manducabitis panem hunc & calicé bibetis, mortem domini annuntiabitis, donec veniat. Non dubium quin in hunc diem Christus desiderio desideret hoc pascha manducare nobiscũ si aspexerit nos quoque habere desideriũ &

(quod apprime necessariũ est)deuotionẽ: Ideo enim agnus typicus assus comedebatur iussu diuino: vt doceremus in vero agno ignẽ deuotionis habere, vt suauiter & ardenter tantum hospitem susciperemus. Quod si cor nostrum sentiamus ita frigidũ, vt nullas deuotionis scintillas edere velit: sentiamus ita durũ, vt malleos timoris & amoris iuxta S. Bernhardi doctrinam non patiatur: Moysen imitemur, qui virga bis percussit silicem: & egressæ sunt aquæ largissimæ: Ita fidelis percutiat aridum & durũ cor suum, virga scilicet Sanctę crucis: vt fluãt nõ aquæ cõtradictionis & incredulitatis, sed deuotionis largissimæ: Nã nihil est quod æque promoueat ac excitet deuotionẽ, sicut frequẽs meditatio passionis Christi, vt Bernh. Landulphus Chartus. & alij largiter ꝓsequuntur. Bernhar Num.2 c Bernhar Landulp

Et vt aliquando finem dicendi faciamus, pluribus prætertitis hoc solum adiiciamus, venerabile sacramentũ nostrũ, panem cœli, altaris sacrificium, non solum esse datum in memoriale, cibum, & thesaurum, sed etiam in medicinam & vegetationem animarum nostrarum: sicut scilicet. Ecclesia sacramenti virtutes agnoscens fatetur: quia scelera abluit, vitia purgat, vulnera animę abstergit, mentem confortat, & cœlesti gratia abunde impingat, (breuitatis studio non ꝓsequor, quomodo singulis peccatis medicina in passione Christi inueniatur) Sic enim cœlestis noster Samaritanus, sauciæ, corruptæ, ac deprauatæ nostræ naturæ medetur, & salutaria præstat antidota, quæ omnia superant malagmata, vnguenta, catapotia, & quicquid est medicæ compositionis: & simul omnia bona vbertim largitur, ex preciosissimo illo Eucharistiæ thesauro: vbi reconditas habet diuitias clementiæ, bonitatis & misericordiæ suæ: Nam potens est simul remouere mala & conferre bona. Tam præsentissimum habemus animæ remedium, tam facile omnibus obuium: cur non ab omnibus obuiis quoque manibus illud recipimus ac amplectimur? & velut anchoram salutis & omnis bonitatis veneramur? ingratissimi enim sumus omnium nisi saluatori nostro, impensissime gratias agamus, ob tanta & innumera sua beneficia, & admiranda huius sacramenti mysteria. In collectis. Luc.10

Nam in eo est omniũ fidelium communio participatio, symbolum totius Christianitatis: quoniã vnus panis & vnũ corpus multi sumus omnes qui de vno pane & vno calice participamus. Exituris ex hac vita in aliam, viaticum est salu-

ber-

.Cor.19 berrimum,& animæ confortatiuũ:vt in fortitudine panis il-
.Reg.19 lius ambulet vſque ad montem DEI Oreb. Iuge præterea eſt ſacrificiũ quotidie in miſſa,pro peccatis, pro ſalute viuorum & mortuorum oblatum,in gratiarum actionem & laudem Deo viuenti in ſæcula: Quæ omnia proſequi, & operoſum eſſet,& forte vobis moleſtum.

Cõcluſio Supereſt Reuerendiſſimi & ampliſſimi,ac Reuerẽdi patres ac venerandum ſacerdotium,vt D. O. M. ſupplices oremus:quo fideles omnes digne digniſſimum illud ſuſcipia-
Ioan.12 mus ſacramentum in ſalutem animarum noſtrarum:quod tũ fiet,quando pedes nobis lauabit dominus,& nos lauabimus. Loti ſumus,baptizati ſumus:modo pedes lauemus malorum affectuum, quibus in luto huius mundi maculamur: Cauta
Cant.5. erat & prudens in Canticis ſponſa, Laui pedes meos inquit, & quomodo inquinabo illos. Pedibus homo ambulat, pedibus incedit:recte pedibus hominũ vita,ſtatus, conditio, exercitium,& officium ſignificatur.

Epiſcopi. Pedes ergo lauent Reuerendiſſimi Epiſcopi ac prælati, ne luto conſpurcentur ambitionis, auaritiæ, & libidinis, ne plus terrena curent,quàm cœleſtia, pauperumq́ue curam gerant,& diuino cultui ſint intenti.

Canonici Pedes lauent canonici,vt honeſte ſecundum nomen ſuũ & regulariter viuant:omni die horas canonicas abſoluant,
Canõ regula. eccleſiaſtico & decenti habitu veſtiantur, & non militariter incedant,& de patrimonio crucifixi, de bonis eccleſiæ laute viuẽtes, in militiã Chriſti aſciti,nõ magis militent diabolo.

Sacerdotes. Pedes lauent ſacerdotes venerabiles,voluntati fundatorum ſatiſfaciant:plebem non ſcandalizent,verbis, factis, ac veſtitu,honeſtati ſtudeant,ab ebrietate & incontinentia publica in primis caueant. Sic enim futurum eſt,vt panem vitę in hac vita ſumentes,atque in altaris ſacrificio DEO iugiter offerentes,morituri illum ſumant in viaticum & tutelã longiſſimę illius peregrinationis,vſq; dũ peruenerint ad regna
Luc.11. cœlorum,vbi Chriſtus in domo patris ſui multas parauit nobis mãſiones,vbi pręcinget ſe,& faciet illos diſcũbere,& trãſiẽs miniſtrabit illis. Et ſic refecti pane qui de cœlo deſcẽdit, in cœleſti cœna cum omnibus ſanctis & electis Deo & agno decantemus hymnum laudis in ſæcula ſæculorum. Fiat fiat.

FINIS.

de Marche Ludovicus, Apologia pro veritate Constitutionis S. D. N. Innocentii X. Papae adversus novissimas obtrectatorum calumnias
N.º 1

Innocentius Papa XI. Decretum in causa Janseniana N.º 2

Liber a Caesar. propositus collocutoribus pro ineunda concordia fidei
N.º 3

Annotationes Eckii in praecedentem librum. N.º 4

Scripta Lutheranorum adversus librum a Caesarea Majestate oblatum N.º 5

Confutatio Eckii scriptorum protestantium N.º 5

Correctio eorum quae Bucer temere effutiit contra responsum Princi:

...rum Catholicorum N°. 7

Responsum protestantium ad propositâ ab Imper. Majestate deliberatione de conclusione et decreto in causa Religionis faciendo. N°. 8

Eckius Joannes, Oratio habita Ratisponae in Conventu in Comitiis N°. 9

FINE